


NICOLAI MYLERI
ab Ehrenbach JCti.

# ETOLOGIA ORDINUM IMPERIALIUM,

SIVE

*De*

Principum & aliorum Statuum
Imperii Romano - Germanici
jure concedendi veniam
ætatis;

Libellus ſingularis.



*Cum*
*Sacr. Majeſtat. Cæſar. privilegio,*
*prioribus partibus præmiſſo,*
*ad XX annos.*

---

Impenſis JOHAN-GEORGI COTTÆ,
Academ. Tubing. Librarij.
STUTGARDIÆ,
Excudit JOH. WYRICHIUS RÖSSLINUS.
M. DC. LXIV.





# OFFICIOSAM SALUTEM LECTURIS OMNIBUS APPRECATUR

*Hujus & cohærentium librorum*

EDITOR

Almæ Tubingensis Academiæ Librarius.

PAucis multa dicere, non prudentiæ tantum laude conspicuis Laconibus in more fuit, unde brevior loquendi scribendique formula, illis pridem extinctis, Laconismi nomen adhuc retinet, sed etiam hodienum, velut necessitate quadam, consuetudo breviloquentiæ, viris densa gravissimorum negotiorum mole pressis, sanctæ legis instar, indicta & adamata plerumque videtur. Atque hinc prudentissimo occupatissimoque *Domino Autori,* dum suos

ſeorſim labores, *De jure ſtatuum Imperij Romano-Germanici* conſcriptos, cura & ſumptibus noſtris, publicæ luci non invidet, etiam tituli ſingulorum librorum breviores haud diſplicuerunt. *Archologiam* igitur ejus & *Nomologiam*, haud ita dudum editas, & frequentium emptorum, non tractationis minus excellentiam, quam materiæ nobilitatem rectè æſtimantium, avidis manibus ingenti numero diſtractas, nunc excipit ETOLOGIA *ordinum Imperialium*: de qua nobis, Magnifico *Domino autore* gravioribus intento ac detento, ut in prioribus factum eſt partibus, pauca licebit præfari. Ante omnia vero, præſcriptum opuſculo huic titulum intuentibus, illud Latini poëtæ invidioſum, ſed verum ac debitum, Græcæ linguæ encomium nunc occurrit:

*Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo*
*Muſa loqui.* - - - - -

Certũ enim apud philologiæ peritos habetur, Latinos, compoſitas & rebus applicandas voces tam affabre ac ſignificanter nectendi pronunciandique commoditate, Græcis immane

quan-

quantum impares esse, nec eorum, in hac parte felicitatem, cui tamen vernacula nostra haud dubie paria, si non majora, præstare novit, vel æmulari posse, vel æquare. Inde factum est, ut apud Theologos & Jureconsultos, magis etiam apud Medicos & Philosophos, omnis denique generis literatos, Græcis hujusmodi vocabulis uti, licet Latinorum more scribantur, neque rarum sit, neque defugiendum: inprimis ubi brevitas cum significatione penetrantiori debet concordare. Ex illis ergo fontibus, sicut priorum tractatuum, ita quoque præsentis, inscriptio princeps profluxit, bonaque cum doctorum venia, nisi quid fallimur, non tolerari modo poterit, sed etiam approbari. De *annis* quippe *sermo* hic seritur, qui admodum rotunde ac luculenter ETOLOGIA vocatur, disquisitionem continens: quo jure minoribus annorum aliquot venia fiat, tanquam tot soles ætati, legibus Romanis circumscriptæ, arbitrio majestatis accessissent. Finis est, ut illi liberam bonorum administrationem, & aliorum quorundam negotiorum executionem, suscipere queant, atque hoc velut temporis supplemento gau-

dere. Quippe præſidium æternitatis omnipotentia & ſanctitas divina ſibi unice reſervavit, temporis curam & diſpenſationem, cum illis quoque, quotquot, Rerump. & Imperiorum gubernaculis admoti, ſupernam numinis vicem in terris ſuſtinent, liberaliter communicavit. Nam licet æternum fœdus, æternam pacem, aliaque hujuſmodi in vetuſtis hiſtoriarum monumentis, & publicis hodierni ævi actis, quandoque legamus, prudentes tamen neutiquam ignorant, vocis illius tunc non aliam vim eſſe, quam ut longi, certoque annorum numero minime definiti, temporis ſpatium ſic innuatur. Quemadmodum itaque, in faſtis condendis, in ferijs indicendis, in moratorijs literis concedendis, in præſcriptionibus, pro rerum diſcrimine, limitandis, inque alijs quamplurimis legibus annarijs ſanciendis, ſuprema imperantium poteſtas, circa temporis curam ſalubriter occupatur, ita eam cumprimis, in deſignando juſtæ, ac rebus gerendis ſuffecturæ, civium ætatis termino, haudquaquam à ſe ducit alienam: quam interim ſic firmam eſſe vult majeſtas, ut à determina-

to

co annorum numero, ſingulari diſpenſatione, peculiares ob cauſas, interdum recedat. Quapropter de hoc argumento (quod inter jura majeſtatis extantiora, una cum aliis doctrinæ civitis ſtatoribus, merito hic retulit *autor* Nobiliſſimus) ETOLOGIA ejus accurate diſſerit, iſtiusque juris uſum, Ordinibus Imperii Romano Germanici, principibus ac ſtatibus, merito convenire ac deberi, immotis fundamentis, ex Jure Germanorum publico hodierno, unde interpretatio ejus unice dependet, judicioſe erutis ac depromtis, firmiter evincit, diſſentientes modeſte ſed ſolide refellit, atque ſimul interiores ejus rationes, exceptiones, diſcrimina, requiſita & effectus, aliasque ea de re quæſtiones, tam clare oculis lecturorum exponit, ut nihil adeo cognitu neceſſarium, quod huc ſpectaret, quisquam facile ſit deſideraturus. Brevis autem eſt libellus, tum quia in *Sereniſſimi VVirtembergiæ Ducis, &c.* conſiſtorio Eccleſiaſtico, cujus directorem agit, ſacræ conſultationes, itemque civiles in ſecretiori Regiminis concilio, cujus ille meritiſſimus eſt aſſeſſor, nunc domi, nunc foris occupationes, ſi vel maxime dif-

fun-

fundere se voluisset, dum priorum annorum Musas recolligit, prolixitatem ipsi non indulgent; tum quia rerum intime peritus novit, in juris & prudentiæ studio sese hic versari, cum eloquentiæ vires exercendi alius sit locus, iis subinde familiaris, quod ipsi frequenter accidit, qui peregre mittuntur Legati. Accedit, quod gloriam autoribus aliis suam, dum ad illorum, eximiorum præsertim Jurisconsultorum, scripta dictaque sæpe provocat, noluit invidere, nec manibus legentium monumenta illa excutere, ubi nonnunquam hæc aut illa quæstio, quarum plusculæ, circa rem istam enatæ, hic occurrunt, prolixius est pertractata: adeo ut ipsa loca, quæ subinde produxit & laudavit, nonnunquam & rejecit, ab eo, cui forte hæc non sufficient, liberrime possint adiri. Potuisset sane ex naturalibus, quæ scrutantes non effugient, rationibus ostendere, cur majorennitas ac minorennitas à lege sit determinata, & cur inde haud raro propter temporamentorum diversitatem, soleat recedi; potuisset primam originem, ex natura simul & historia, cum instructissima ei Bibliotheca

do-

domi abundet, fusius conducere, quid in Oriente, quid in occidente, alijsque mundi plagis, quid apud cultiores, quid apud barbaras gentes, de hoc ætatis humanæ vel præcoci, si judicium examini subiicias, vel maturiori, vel seriori discrimine, sit sentiendum; sed nec in materia morali, ut appellamus, ubi experientia testis optima est, quantumque junioribus annis & ingeniis, pro re nata, tardius aut citius tribuendum sit, satis superq; notat, philosophicis nudæ naturæ speculationibus subtiliter immorari decorum putavit, nec, in juris Ordinũ Imperialium publici explicatione occupatus, aliarum gentium mores legesque compilare voluit: nisi quod interdum exempla aliunde desumta & affines materias, si quæ ad intimam præsentis argumenti illustrationem eminenter facere videbantur, hic atque istic interspersit. Non existimaverim præterea, nec *Amplissimo scriptori*, nec mihi, rationem reddendam esse, cur istum in edendo publicandoque locum sibi vindicet hæc ETOLOGIA; quandoquidem unusquisque facile deprehendet, post imperij patrij *principum & statuum*


)()( ori-

*originem* declaratam, post *legalem* eorum *obligationem* ostensam, nihil convenientius fuisse, quam protinus subjungere; quando illi ipsi, tanquam Reipublicæ Imperialis immediati cives, per statam aut dispensatam ætatem, rebus agendis sufficiant? simul ac quando & quomodo iidem, hanc ætatis veniam, suis in proprio territorio civibus ac subditis, possint ac soleant concedere, aut denegare? Multo minus tandem, quam *auctor operis* in digerendo seriem, quæ procul dubio perspicua & ordinatissima est, in toto hoc libello elegerit, opus esse putem in hac præfatiuncula docere; cum id benivolo Lectori, quem protectrici Numinis custodiæ, nostramque operam illius favori, una commendamus, ex sequenti capitum indiculo, luculenter & abunde patescat. V.

# INDEX CAPITUM.

## SUMMA PRIVILEGII IMPERATORII.

SAcræ Cæsareæ Majestatis gratiosissimo privilegio, die V Julii Anno M DC LXII. provisum est, ne quis NICOLAI MYLERI ab Ehrenbach/ JCti, Opus de Jure publico Imperii Romano Germanici (cujus tertia pars ETOLOGIA nunc primum publicatur) absque JOHAN. GEORGII COTTÆ Academ. Tubingensis Librarii, ejusve hæredum & successorum consensu & licentia, clam vel palam imprimat, aut ubiubi impressum in Germania divendat; idque ad annos viginti, à primæ Editionis singularum partium computandos, sub pœna amittendorum librorum, & solvendarum decem auri puri Marcarum: sic uti id uberius in ipso privilegii autographo definitur. A quo damno ut sibi omnes caveant, hæc in fronte visum est iterum iterumque monere.



# TRACTATUS
## De
# JURE CONCEDENDI VENIAM ÆTATIS.

## *CAPUT I.*

### *De Causa Efficiente: Cui, scilicet, Competat Jus, & potestas concedendi veniam & indulgentiam ætatis; Tam moribus hodiernis, quàm antiquis.*

SUMMARIA.

*I. Præliminariter innuitur Adolescentum imprudentia, & hinc fluens necessitas dandi iisdem Curatores.*

*II. Post definitionem & Synonymiam, efficiens concessionis veniæ ætatis, solus Princeps, innuitur, & Cameræ etiam Imperiali, Parlamentisq; Galliæ hoc jus denegatur*

*III. Illustratur res exemplis, VVenceslai, Maximiliani I. Rudolphi II. Ferdinandi II Impp.*

*IV. In Republica Romana hoc jus summæ Potestati competiisse, Author asserit; & primò quidem Populo, quod confirmat exemplis Scipionis, Pompeij, Neronis, Augusti; postea Imperatoribus. Addit, quid Græcis & Gothis hac in re notum & usitatum fuerit.*

*V. Hoc jus apud Exteros ferè omnes penes summā potestatem esse, Author ostendit, & confirmat moribus Galliæ, Hispaniæ, Lusitaniæ, Cataloniæ, Regni Neapolitani, Siciliæ Poloniæ, Belgij Hollandiæ, & liberæ Civitatis Genuensis.*

*VI. Excellentia Imperatoris præ aliis quoad hanc potestatem infertur tùm ex ratione principij, tum ex ratione objecti.*

I.


Tiamsi post pubertatem vigor judicii in adolescentibus emergat, atque ea de causa negotia quæ ab illis geruntur, suo nitantur fundamento, prout patet ex *toto Tit. D. & C. de restitutione minor. viginti quinque ann. text. in l. puberes* 101 *ff. de verb. oblig. l. obligari. 43. D. de oblig. & act.* Veruntamen cùm minoris consilium fragile sit, & infirmum, multisque captionibus expositum, *text in l.* 1. *D. de minor.* Nec adolescentis voluntas libidinibus obnoxia, in propriis negotiis tam facile sequenda sit. Quippe qui esse solet, describente Horatio, *Vtilium tardus provisor, prodigus æris*, Ideoque Minori ad bona gubernanda Curator, etiam contra voluntatem, datur, quem si vel petere negligat, vel accipere recusat, interim ab ipsis tutoribus res administrantur: Tam de jure communi, *per text. in l.* 1 *§. ult. ibi*; quamvis benè rem suam gerentibus, *D. d. tit. melior text. in l. si impuberi. 13. §. fin. D. d. tutor. & Curat.* *junctâ l. ita autem. 5. §. si tutor. 5. D. de administrat. tutor. à tutoribus 33. §. officium, D. dict. tit. l. si tutor. 13. D. de tut. & rat. distrah.* Hilliger. *in Donell. Enucleato lib. 3. cap. 18. lit. E. in not.* Bachov. ad Treutlerum *part. 2. disputat. 8. thes. ult.* Joann. Parlod. *rerum quotidian. lib.* 1. *cap. 12. num. 2.* eleganter & doctè Francisc. d. Amaya *lib.* 1. *observ. cap. 9. num.* 15. *& per tot.*

Quàm moribus Imperii, aliorumve Regnorum. Hodiè enim etiam invitis adolescentibus dari Curatorem, ostendit Reform. Policey-Ordnung Caroli V. zu Augspurg de Anno 1548. Rubr. von Vormundern. Ostermann. *disput. jur. univers.* 10. *thes. 74. part. 2.* Anton. Perez. *in Cod. titul. Quand. tut. vel Curat. esse des. num. 4.* Idque non tàm ut is personam adolescentis capacem reddat contractuum & negotiorum, sed ad avertendas fraudes, in quas ille, ob lubricitatem, facile induci possit, calliditate eorum, cum qui-

quibus contrahit; Siquidem Curatio Patrimonii minorum non tantum pertinet ad favorem ipsorum, sc. ne minores decipiantur, sed etiam ad utilitatem publicam; Interest enim Reipublicæ, ne quis malè utatur bonis suis. *§.3. Inst. d. his qui sui; vel al. jur.* Jacob. Ræward *lib. 1. variar. cap* 16. Ac ita concludit in specie Joann. Anib. *in l. nemo potest, num. 286. & 318. D de legat. 1.* Quem refert & sequitur Stephan Gratian. *discept. forens, 691. num. 7. & 8.* pariter concludit quoque Diodor. Tulden. *in Cod. lib. 1. tit. Quando tutores esse desin. 6. num. 2.*

II. Hinc definiri potest veniæ ætatis concessio; Publicatio prudentiæ minoris, testimonio Principis confirmata, secundum Sforz. Oddo *tr. de restit. part. 1. quæst. 23. artic. 9 num. 40.* Jacob. Cancer. *lib. 1. variar. Resol. cap. 7. numero 15.* Quod si minor grandævus consilio esse de se ipso præsumat, & audacto animo annorum beneficia contemnendo, negotiorum & patrimonii sui administrationem sibi solus sumere velit, simulve pro Majore censeri petat, (Gloriosa enim est supplicatio, ait Cassiodorus, quæ veniam quærit ætatis) Cassiod. *lib. 7. epist. 41.* Principem adire debet; Hoc enim sola Majestas tribuit, &(ut rescribit Imperator Justinianus) à Principali clementia impetratur. *per text. in l. eos qui 3. Cod. d. h. qui ven. ætat. l. ea quæst. 5. C. de temp. in integr. restit.* Harmenop. *lib. 1. tit. 12. §. Solus Princ.* Cod. Theodos. *d. t. de his, qui ven. ætat.* Hæc veniæ ætatis impetratio in Curia Regni *Poloniæ Adjudicatio annorum*, minus fortè latino vocabulo, appellatur; referente Andr. Lipskio à Lipè, Episcop. Cracov. *cent. 2. Observ. jur. 10. num. 6.* In Regno *Galliæ* vocatur hæc indulgentia ætatis, *Bail à gouvernement*, teste Fornerio *ad Cassiodor. epist. 41. lib. 7. in notis lit. B.* Alibi rescriptum ætatis indulgentiam continens, *Codicillus venialis*, Forner. in

*not. ad epistol. 41. lit B.* Vel veniale ætatis Diploma, secundum Choppin. *d. morib. Paris. lib. 2. tit. 3. num.* 3. Ac Gallico Idiomate, *Benefice d'age. Qui a obtencé benefice d'age enterine en justice*, nominatur. Claud. Guerin. *in comm. ad Ius civil. Paris. art. 272.* Quemadmodum enim justum censetur rerum pretium, id quod à superiori taxatum & definitum est, *per text. in l.* 1. *§. cura carnis, ubi Br. & omnes Glossographi D. d. offic. Praef. Vrb. l. Imperatori.* 3. *D, ad leg. Iul. de annon.* Alber. *d. statut. part. 2. quaest. 69.* Angel. Aretin. *§. pen. Inst. de publ. judic.* Molin. *de usur. quaest. 58. num. 404.* Dinner. *de just. rer. pratio defin. cap. 2.* Ita quoque justa & legitima ætas judicatur, quæ à principali clementia definitur. *arg. l. omnes. 2. ibi, Imperiali auxilio. C. de his, qui ven. ætat.* Gothofred. *ad dictam l. 1. Cod. eod. tit.* Nicol. Bets. *tract. de pact. famil. illustr. cap. 7. fol. m. 274.* Cunrad. Carpz. *de regal. thes. 34.* apud Arumæum *vol. 3. discurs. 15.* Et hæc causa est, quod jus tribuendi adolescentibus legitimam & completam ætatem *à Bartolo* pro specie supremi gradus mixti Imperii refertur. Bart. *in l. 3. D. de jurisd.* Azo *in summa Cod. h. t. num. 6.* Castald. *tract. de Imperat. quaest.* 110. *numero 12.* Mastril. *de Magistrat. lib. 4. cap. 6. numero 269. & seqq.* A Jureconsultis verò Germanię communiter Majoribus Regalibus, seu juribus Majestatis annumeratur, attestante Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl.* 2. *numero* 3. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 2. num. 22.* Matth. Stephan. *de Iurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 1. *memb. 1. numero* 137. Cluten. *in syllog. rer. quotid. thes. 20. lit. P.* Arnisæ. *d. jur. Majest. lib. 2. cap. 3. sub. numero* 15. Bets. *d. tract. de pact. famil. illustr. cap. 7. numero* 273. Dn. m. Bocer. *tract. d. Regal. c.* 2. *numero.* 131. *ac Class. 5. disputat.* 11. *thes.* 4. Camman. *d. Regal. disputat. 4. thes. 92.* Vult. *de feud. lib.* 1. *cap. 5. numero 7.* Daniel Otto. *in Iur. Publ. cap. 11. fol. mihi* 240. Rumelin.

Rumelin. *ad Aur. Bullam. part. 2.* Caspar. Koch. *de regal. dignit. thes. 80.* apud Arum. *discurs. 14. vol. 3.* Cunrad Carpzov. *d. discurs. de regal. 15. th. 33.* apud Arum. *vol. 3.* Besold. in *delibat. l. 1. fol. m. 78. ac de jur. Majest. cap. 4. numero 6.* A quibusdam etiam hoc jus de reservatis Principis esse censetur, prout tradit Castrens. ad *l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* Sforzia Odd. *tract. de restit. in integr. Quæst. 15. numero 23.* Joan. Saison. *ad Consuet. Turon. titul. 31. artic. 1. verb. Iusques.* Gęddeus *ad l. 21. numero 2. 19. & 20. D. de verb. signific.* cui adstipulatur Hillig. in *D. E. lib. 21. cap. 12. lit. Z. in notis.* Michael *de jurisdict. thes. 32 lit. D.* Knichen. *de Saxon. provoc. jur. cap. 5. numero 47.* Anton. Faber. *in Rational ad l. deniq. 3. D. de minor. lit. C.* Reinking. *de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 3. cap. 12 numero 57. Ac Class. 5. cap. 6. numero 141.* Et hoc adeo verum obtinet, ut ne quidem Camera Imperialis hoc jus indulgendi legitimam ętatem sibi vindicare possit, sed illud solummodò in aula Imperatoris legitimè petatur, cum reservata Cęsaris Camerę Imperiali communicata non sint, ut & de Parlamentis Galliæ, quòd manus ad reservata Regis adponere haud possint, tradit Nicol. Boer. *tractat. de Author. Magn. Consil. numero 173.* Joan. Papon. *in Arrest. lib 5. titul. 1. per tot.* Ita eleganter Ludovic. Gylhaus. *in Process. Civil. cap. 1. part. 1. §. 1. numero 24.* Thom. Michael *de Iurisdict. dict. thes. 32. lit. D.* & ex eo Dn. Boccr. *d. Regal. cap. 2. numero 133.*

III. Exempla quibus Imperatores Romano-Germanici variis Regibus & Principibus Imperii ętatis veniam seu legitimam regnandi ætatem indulserunt, passim sunt obvia; Ita Imperator *VVenceslaus* in Anno 1398. *Ottoni*

 Duci

Duci Brunſuicenſi, Ottonis filio veniam ætatis conceſſit, Hiſce formalibus: Wir haben dem Hochgebornen/ Otten/ Hertzogen zu Braunſchweig/ Unſerm lieben Oheim unnd Fürſten/ die Jahr gegeben/ alſo daß er mündig seyn/ und ſeine Hertzogthum und Landen ſelbſt verweſen/ Jhme ſelber Räthe kieſſen/ und Helffer nemen ſoll und mag. Braunſchweigiſch Hiſtoriſche Händel *part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 1. referente Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 109. Idem à Cæſare *Maximiliano I.* Anno 1503. *Vdalrico* Duci Würrtembergico ætatis privilegium conceſſum fuit Horrleder. *de cauſ. belli Germ. lib.* 3. *cap.* 1 *num.* 64. *pag. mihi* 622. *De Philippo* Duce Pomeraniæ, quod is veniam ætatis impetraverit, atteſtatur Matth. Stephan *de Iuriſd. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 1. *membr.* 2. *num.* 137. Pari modo Imperator *Rudolphus II.* anno 1593. die 26. Aprilis, Sereniſſimo *Daniæ Regi* Chriſtiano IV. ætatem legitimam, & ad imperandum perfectam indulſit. Hering. *d. cap.* 7. *num.* 110. Caſp. Koch: *dict. diſcurſ. de regal. dignit. theſ.* 50, Similiter *Carolus Lotharingiæ* Dux & Cardinalis, poſtulatus Epiſcopus Metenſis, indultum veniæ ætatis ad conſequendam inveſtituram, & adminiſtrationem ejuſdem Epiſcopatus, Pragæ ab Imperatore *Rudolpho II.* circà annum 1588. impetravit, atteſtante Thom. Michael. *de Iurisdict. theſ.* 32. *lit. C. diſput. Baſil. vol.* 1. Bets. *de pact. famil. illuſtr. c.* 7. *fol. m.* 276. Limnæ. *lib* 2. *Iur. Publ. c.* 9. *num.* 150. Eadem ratione Imperator *Ferdinandus II.* anno 1625. die 19. Novemb. *Ludovici* Haſſiæ Landgravii filio *Georgio* ejuſque liberis, & deinceps omnibus ex corpore impetrantis deſcendentibus heredibus maſculis conceſſit, ut quam primum is, quem ordo ad ſucceſſionem admittit, decimum octavum annum adimpleverit, ad inſtar Electorum, adminiſtrationem Principatus ſuſcipere poſſit, haud aliter, ac ſi legitimàm ætatem adimpleviſſet, atteſtante

testante Reinking. *de Regim. Sec. & Eccles. lib. 1. class. 3. cap. 12. num. 57.*

IV. Prisco more in Republica Romana jus concedendi ætatis veniam summæ potestati competebat, ac tum temporis penes Populum erat; Quod vel exinde patescit, Dum *Scipio Africanus* adhuc minorennis affirmabat, se satis annorum habiturum, si populus Romanus modo voluerit, Gæddeus *ad d. l. Princeps. 21. num. 20. D. de verb. signif.* Koch. *discurs. d. dignit. regal. thes. 8.* Jacob. van der Græf. *de Regal. c. 19. num. 1.* Pariter Populus Romanus *Pompejo* triumphum decrevit, cum eâ adhuc ætate esset, in qua ipsi, ne Senatorem quidem esse liceret; Quâ de causa Sylla eum, ut petitione desisteret admonebat, hisce Verbis: Triumphum leges nemini nisi Consuli aut Prætori concedere, hanc fuisse causam, cur Scipio victis Carthaginensib⁹ triumphum non postulârit, quia neq; Consul neq; Prætor rem gesserat. Plutarchus in *Pompejo.* Tiberius *Neronem* ingressum juventam commendavit Patribus, utque munere capessendi viginti viratus solveretur, & quinquennio maturius, quàm per leges quæsituram peteret, postulavit: eademque Decreta sibi & fratri prætendebat, petente Augusto: Tacit. *l. 3. Annal.* Ipse etiam Augustus, magistratus atque honores & ante tempus, & quosdam novi generis, perpetuosq; cæpit: Consulatam verò vigesimo ætatis anno invasit. Sueton. *in Augusto cap. 26.* Henning. Arnisæ. *de jur. Majest. lib. 2. cap. 3. sub num. 15.* Schonborn. *in Polit. lib. 5. cap. 18.* Mutato verò Reipublicæ statu, ex Democratia in Monarchiam, hoc jus ad Imperatorem devolvebatur. Gædd. *ad d. l. Princeps. 21. num. 20 D. de verb. signif.* Renat. Choppin. *d. doman. franc. lib. 3. tit. 19. n. 14.* Ac cum subsecutis temporibus, etiam Consules ac Præsides minoribus ætatis veniam & rerum administrationem con-

concedere cęperant, Imperator Severus eorum decreta ceu ambitiosa, id est, in favorem & gratiam concessa sustulit. *Per text. in leg. deniq. 3. in pr. D. de minoribus.* Duaren *ad tit. Cod. de his, qui veniam ætatis. in med.* Anton. Perez *in Cod. ad eund. tit. De his qui veniam ætatis. num. 2.* Hoc jus indulgendi ætatis veniam Græcis quoque cognitum erat. Siquidem *Athenis* Adolescentes in Lexiarchico commentario relati, ac censiri, suæ tutelæ efficiebantur, ut scribit *Pollux*; Tumq; iis administrandi patrimonii jus erat. Sicut hoc ex Suida & Æschine comprobat Forner, *ad Cassiodor. epist. 41. lib. 7. in notis lit. B.* Tempore quo Gothi Romanum Imperium possidebant, veluti Imperante *Theodorico*, hoc ætatis beneficium à solo Rege impetrandum erat; Quemadmodum constat ex Rescripto veniæ ætatis, in verbis: Cape igitur nostro beneficio potiorem annis ætatem, & quod petis ab oraculo, moribus exhibeto. apud Cassiodor. *lib. 7. epistol. variar. 41.* Goldast. *tom. 3. Constit. tit. Constit. Theodor. Gothorum Regis, art. 195. fol. m. 90.* quod refert quoque Limnæus *lib. 2. Iur. Publ. cap. 9. num. 51.*

V. Exterorum leges & mores quod attinet, *in Gallia Regno* eximia Regum auctoritas est, in venia ætatis concedenda, eisve propria, seclusis Principibus Regni. Unde hodie nequidem à Cancellario Regni impartitur, sed adeundus est Princeps vel Præfectus libellorum, qui similis est Prętoribus; Et tamen hęcce diplomata gratiosa semper Regis nomine concipiuntur, attestante Franc. Duaren. *ad dict. tit. Cod de his, qui veniam ætatis, &c. in medio.* Argent. *in Cons. Brit. fol. 233. num. 33.* Renat. Choppin. *d. doman. Franc. lib. 3. tit. 19. numero 12.* Joan Papon. *in Arrestis lib. 16. tit. 2. per tot.* Ac testatur *Rebuffus* quod in Regno Franciæ, nulla Cancellaria, sed solus Princeps supremus

mus, id est, Rex, hasce literas ætatem legitimam indulgentes concedere possit, Pet. Rebuff. *tract. de regest. seu libr. Baptism. art* 1. *Gloss.* 1. *num.* 27. Claud. Guerin. *ad Ius Civ. Paris. art.* 272. *fol.* 302. ubi tradit, Beneficium ætatis non aliter, nisi diplomate Regio, officio judicis sancito obtineri.

*In Hispaniæ Regno* ætatis veniam solus Rex concedit, quod jus de reservatis Regis censetur, nec Baronibus Regni tribuitur, tradente Anton. Gomez, *lib.* 2. *var. Resolut, cap.* 14. *num.* 12. Francisc. de Caldas *in lib. si Curatorem, verb. Hunc contractum. n.* 39. *Cod. de restitut. in integr.* *In Lusitaniæ Regno* ætatis venia à solo Rege impetranda est, secundùm ordinationes Regni Lusitaniç, *lib.* 3. *tit.* 42. *in princ.* Attestante hoc insuper August. Barbosa Lusitano *in Cod. tit. de his qui ven. ætat. impetr. vol.* 1. *n.* 7. *In Cathaloniæ Regno* seu Principatu solus ipse Princeps hanc gratiam impartitur, cognoscendo prius de moribus & ætate adolescentis, mox concedendo veniam, & bonorum administrationem, remotis Cathaloniæ Domicellis seu Proceribus Regni, utcunque mero, & mixto Imperio investitis, Joann. Petr. Fontanella *tract. de pact. nupt. Claus.* 3. *Gloss.* 3. *num.* 65. Idem de jure & consuetudine *Regni Neapolitani*, ut & totius Italiæ constitutum est, quibus in locis is tantum, qui Majestate pollet jus legitimæ ætatis tribuit, nec audent Barones ad hoc jus manus suas extendere. Afflict. *de Regal. cap.* 1. *num.* 18. Castald. *de Imperat, quæst.* 110. Peregr. Janin. *d. Citat. real. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 172.

*In Regno Siciliæ* nemo nisi Pro-Rex ætatis veniam concedit, ibique hoc jus pro supremo gradu Regalium habetur. juxta tradita Afflict. *d. tr. de regal. num.* 10. Calic. *de jure fisci. dubit.* 8. *prærogat.* 14. Mastril. *de Magistr. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 269. *In Poloniæ Regno* venia ætatis à nemine nisi *à sola Regia Majestate* impetratur, quæ non solum Personis

Nobilibus, viso prius Adolescente, atque illius petitione considerata: Sed etiam hominibus juri Magdeburgensi subjectis (prout in personis quorundam *Zaleskich.* Civium Calisiensium & in causa civium Cracoviensium inter *Schober & Leber* ratione liberorum *Stanislai Bremer* contigit) frequentissimè concedere solet; attestante Andreà Lipski à Lipe *Observat. Pract. cent. 2. observ. 10. num. 7.*

*De jure Belgico,* quo jus dandi ætatis veniam Principi soli reservatum est, idem refert Mornac. *ad l. 2. C. de his qui veniam ætat.* Anton. Perez. *in Cod. eod. tit. num. 3.* Petr. Gudelin. *in Jur. novissimo lib. 5. cap. 3. circa finem fol. m. 234.*

*In Hollandia* Confœderatorum Statuum Provincia veniam & indulgentiam ætatis ab Ordinibus impetrari debere, testatur & tradit Sim. Grænevegen. *in not. ad Grot. Introduct. B 10. D. num. 5. quem allegat. in tract. de Legib. per Belg. Holland. abrogat. ad l. omnes 2. C. de his qui ven æt. num. 1.* Quod singulari præjudicio confirmat *Gravius*; Nam cum apud Hollandos quidam *Sempronius*, Anno 1637 *die* 27. Novembr hanc ætatis indulgentiam petebat, Curia Hollandiæ petenti illud recusavit, supplicanti respondens per *Griphiarium* sive Secretarium, cui libellus à Patrono per Procuratorem oblatus erat: Hoc ad Principalem auctoritatem cognitionemve pertinere, nec jurisdictionis sed Imperii esse, & idcirco ab Ordinibus ipsis petendum, & obtinendum esse. Jacob. van der Graef. *de Regal. c. 19. num. 1.* ubi insuper tradit: quod illud etiamnum hodiè observetur. *Moribus* tamen *Belgicis* etiam Judicem pro tribunali sedentem veniam ætatis indulgere, ait Mornacus; Quod ego de superiori Judice intelligo cum Mornac. *ad d. leg. 2.* Quem referr Anton. Perez. *ad dict. tit. sub n. 3.* Aliis Civitatibus superiorem non recognoscentibus eandem potestatem tribuit Maurit. *tract. de restitut. in integr.*

*integr. cap. 225. num. 2.* Quemadmodum Civitas Genuensis ceu Respublica quidem libera, attamen ab Imperio & Imperatore aliquatenus dependere, pro gloria sibi ducens, hunc veniæ ætatis indulgentiam in statu suo exercet, Flamin. Chartar *decis. Genuens. 64.*

VI. Et hæc potestas concedendi privilegium ętatis in Imperatore eò augustior, quò purior, ut à fonte; eò amplior, quò latius sese extendit: & eò dignior, quod veniam ętatis etiam ipsis illustrioribus Imperii Statibus & & membris concedit. Joan. Limnęus *in Iur. Publ. lib. 2. cap. 9. numero 150.*

## CAPUT II.

### *An Principes & Status Imperii immediati subditis suis ius indulgendi ætatis veniam habeant?*

SUMMARIA.

*I. Ius indulgendi ætatis veniam Statibus Imperii Author attribuit, suffultus authoritate plurium Doctorum.*

*II. Probatur hæc sententia. 1. ex æqualitate potestatis ratione Imperatoris in Imperio, & Statuum in territorio.*

*III. Probatur 2. à genere, quod scil. jus illud sit de Regalibus, ac species jurium Majestatis.*

*IV Probatur 3 a iure, cuius hæc potestas materia est, positivo scil. & civili*

*V. Confirmatur exemplo Ducis Mantuæ, Saxoniæ, Angliæ, Longobardorum, Metropolis Florentinæ, Siciliæ.*

*VI. Confirmatur porrò statutis Romæ atq; Italiæ Probatur. 4. à simili petito à Comitibus Palatinis.*

*VII Contraria sententia, ejusq; fundamentum ex Republica Romana petitum affertur ad quam Resp. negando paritatem.*

*VIII Resp 2. distinguendo inter Status Imperii immediatos & mediatos; concedendo de prioribus, veniam ætatis à solo Imperatore impetrare posse, de posterioribus autem negando.*

I.

CÆterum hodiè in Imperio Romano Germanico mutato antiquo Reipublicæ ſtatu, *Principes & Status Imperii ratione ſui territorii jus indulgendi ætatis veniam ſubditis ſuis meritò ſibi vindicant*; prout de hoc jure atteſtantur, Cothmann. *conſ. 44. num. 21. vol.* 1. Bullæ. *in quæſt. quib. competit jus nobilit. pag. 36.* Beſold. *in delib. lib. 1. tit. d. venia ætat. fol. 78.* ac in *diſput. d. Regal. cap. 3. theſ. 5.* annexo theſauro pract. *inſ. ſecund. edit.* Limnæ. *dict. lib. 2. cap. 9. num.* 149. Paul. Montan. *de tutel. cap. 37. Reg. 2. num. 48.* Et hoc jus per uſum inveteratum Principes Imperii uſurpare, tradit David Mæv. *in Iur. Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 7. num. 8. & 23.* Ita quoque decimo Septembr. Anno 1607. à Collegio Juridico Academiæ Jenenſis reſponſum fuiſſe annotavit Ortolph. Foman. *in lect. manuſc. ad leg. 1. C. de hìs qui ven. ætat. impetr.* Ac in terminis de Duce *Mantuæ*, Imperii Vaſallo & membro conſuluit Bartol. Bertazol. *conſil. Civil.* 12. *n. 18.* Quamvis hoc jus concedendi veniam ætatis Locumtenenti ac Tutori Principis competere penitus (ſed malè) deneget. *num. 14. & ſeqq.* Ac in fortioribus terminis pro aliis Principibus Imperatore inferioribus, in ſpeciè autem pro Duce *Mantuæ* concludit Aymon. Cravett. *Conſil. 626. num. 2. & per tot.* De Duce *Sabaudiæ* qui eſt Princeps & Status Imperii idem atteſtatur Jacob. de S. Georg. *tr. de feud. verſ. Sedan Princeps. num.* 6.

II. Nec caret hæc Imperii Statuum aſſerta poteſtas *ſuis rationibus*; Siquidem *Primò* ex ſupra allatis exemplis conſtat, quòd Imperator immediatis Imperii Statibus ac Civibus ætatis privilegium indulgeat, eoſve majores declaret. Æquale jus quoque Imperii Principibus & Statibus quoad ſubditos meritò competit; Quoniam hi Im-

Imperatorem in suo territorio repræsentant, tantum possunt in suo territorio aut Principatu, quantum Imperator in Imperio, ac non tantum æqualem, sed etiam longè majorem potestatem, ac fortius jus in suos subjectos habent, quàm ipse Imperator in immediatos Imperii Cives exercere potest, secundum ea, quæ tradit Purpurat. *in rubr. tit. D. de Iurisd. n.* 18. Ludov. Rodolphin. *in tract. de orig. & dignit. Duc. Italia num. 326. & 327.* Hujus assertionis causa hæc est, quòd Electores, Principes & Status Imperii, superioritatem sublimi & Regia jurisdictionis lege, sub nomine & qualitate **der Lands-Fürstlichen Obrigkeit** ordinario jure concessam, & cum ipsa dignitate perpetua & in hæredes transitoria tributam habeant, Knichen. *de jur. territor. cap.* I. *num. 39. & per tot.* Ex qua optimè his, qui superiorem non recognoscunt comparari & æquiparari posse, tradit idem Purpurat. *ad d. Rubr. num.* 58. Gallinius de *verb. signif. lib. 10. cap.35. num.* 11. Optimè Theodor. Hoppingk. de *jur. insign. cap. 8. num. 60. & 61.*

III. Facit in corroborationem, Secundò, quod nemo (vel paucis exceptis) ambigat, quin jus concedendi ætatis veniam sit de Regalibus, ac species Jurium Majestatis, per ea quæ supra allegata sunt. Constat autem ex omnibus investiturarum formulis, quod Status Imperii ab Imperatore cum omnibus Regalibus investiantur; Quid obstat ergò quo minus Imperii Status Jus & potestatem supplendi ętatem minorennem in suo territorio ac inter suos subjectos exercere valeat; Nam Principes Cęsare inferiores, dum ab eo dominiū perpetuū habent, seu ab eo cum Imperii juribus perpetuò investiti sunt, parilem potestatem in suo territorio cum Cęsare obtinent, ejusque Vicarii perpetui effecti sunt. Castrens. *cons.* 34.

*lib.2. post pl.* Quos hic adducit & in term. nostris respondet Aymon. Cravett *cons.626. num.2.* Nec exinde Imperatoris Majestati tantillum decedit, cùm Imperii Status jus ex Investitura Cæsarea firmissimum acquisierint & quidem titulum Dominii translativum, *per cap.1. de consuet. rect. feud. 2. f.33.* Hier. Schürff. *cons.53. num.9. cent.* Joan. Wames, *Cons. Civil.* 45. *num.3. Cent.* 1. Vult. *cons.3. num.34. & seqq. vol.* 2. eleganter Casp. Klock. de *Contribut. cap.25. num.19. & seqq.* Qui autem jure suo utitur, nemini facit injuriã, *per leg. nullus D. de reg. jur. l. injuriam. 13. §.1. D. d. injur.* Petr. Gregor. Tolos. *de appellat. lib. 1. cap.5. num. 8.* Vult. *cons. Marp. 30. numero. 228. vol.2.* Finckelthaus. *Observ. ant* 119. *numero* 27.

IV. Hæc decisio exindè confirmatur (*Tertiò*) Quòd ætatis constitutio ratione majorennitatis in certa & numerali determinatione annorum, sit juris positivi & Civilis, quæ contraria quoque lege restringi & mutari potest, *per cap. propesuit. de concess. prabend.* Cornæ. *consil.108. num.6. latè* per Cravett. *tract. de antiquit. tempor part* 1. *sect.* 1. *num.* 38. Menoch. *consil. 478. num.* 18. *ad fin.* Thessaur. *decis. 57. num.3.* Knichen *d. Saxon. non provoc. jur. cap 5 num. 47.* Ac hujusmodi Statutum legitimam ætatem, præter jus Civile, definiens, valere dubio caret, per ea, quæ tradit Franscisc. Viv. *decis. 489.* Cavalcan. *de tutor. sect.* 1. *num.* 6. *& seq.* Dn. David Mævius *in jus Lubecc. lib. 1. tit. 7 art 6 n.* 12. Eaque juris positivi mutandi potestas à Statibus Imperii in proprio territorio per statutorum promulgationem quotidiè exercetur. Gail. *lib. 2. Observ.* 124. *num* 2. Ac. *1. obs. 36. num.*1. Ubi Græværus *lib.1. conclus.36. num.9.* Khol. *in exercit. legal. cap. 1. num. 29.* Reinking. *de Reg. Seculari & Ecclesiastico lib.* 2 *class.2. c.10. n.5.* Meichsn. *tom. 2. decis. Cameral. 8. num. 20. lib. 1.* Prout in terminis concludit

cludit de Principibus perpetuò cum Jure Imperii investitis. Rudolph *tract. de origine & dign. Ducum Italia. n. 2002*

V. Unde *Craveta* in terminis hisce *de Duce Mantua* consulens, tradit, quòd in manu Principis sit, ipsum jus Civile mutare, usque adeò, ut ei derogare vel sine causa possit *arg. l. 2. D. de natal. restit. c. Significasti, & c. innotuit. de elect.* Aymon. Cravett. *consil. 626. num.* 1. Curt. Junior. *consil. 108. num* 6. Socin Jun. *cons. 92. num.* 10. *lib. 2.* Ac ut in terminis exempla referam legitimam mutandi ætatem, palam est, quòd Jus Saxonicũ ætatem absolutam, & ad patrimonii administrationem habilem constituat 21. annorum. Sachs. Land-Recht. *lib.* 1. *art. 42.* Schrader. *d. feud. part. 4. cap. 2. num.* 67. *ac consil.* 1. *num.* 534. Wesenb. *cons. 52. num. 83.* Hering *de fidejuss. cap. 7. numero* 105. *& seqq.* Reinhard. *de different. Jur. Civil. & Saxonic. titul. different.* 5. Dn. m. David Mævius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7 artic. 6. per tot.* Hæc ætas quoque in *Anglia* justa censetur. Froissard. *hist. lib. 4. c. 90.* *Longobardorum jure* ætas octodecim annorum legitima fuit definita; ut minor majorve ex illo numero æstimaretur. Leg. Longobard *rubr. de. legit. atat. tit. 15. lib. 1. edit Basil.* In Metropoli *Florentina* parile extat statutum, ut ætas octodecim annorum censeatur legitima & perfecta. Octav. Simoncell. *de tract. decret. minor. lib.* 3. *tit.* 8. *disput. 3. num.* 24. Borgn. Calvalc. *tract. de tutor. & Curator. sect. 3. num. 15.* In Regno *Siciliæ* generali consuetudine & statuto in omnibus & quoad omnia major dicitur qui annos decem & octo adimplevit. Per constit. Regn. Tit. *minorum jura*, attestante Don Gars. Mastril. *de Magistr. lib. 2. cap. 5. numero 55.* Parile statutum viget in observantia perpetua Mirandulæ, attestante Socin. *Cons. 239. col.* 2. *vol. 2* Contard. *ad l. unicam Cod. si de mom. possess. n. 14.* Quos allegat Bartol. Bertazol.

*ad l. Si quis major. num. 202. C. de transact.* Similiter jus Consuetudinarium in viridi observantia existit, Pistoriæ, Civitate Magno Ætruriæ Duci subjecta, ut legitima ætas vigesimo anno definiatur, tradente Salic. *ad l. 2. C. de his qui ven. ætat.* Joann Saisson. *ad Consuet. Turonens. tit. 31. art. 1. verb. Iousques.*

VI. Ita per Statutum *Vrbis Romæ*, majores viginti annis habentur pro majoribus absolutè ad omnia negotia, etiam ad effectum donandi, ut attestatur Cardin. Seraphin. *part. 1. decis. 751. num. 2.* quem allegat Stephan Gratian. *disp. for. cap. 488. num. 5.* Varia statuta *Italiæ*, quæ ætatem majorennem aliter definiunt, vide passim apud *Cravett. Magon. Viv. aliosve*, quos refert Andr. Knichen *d. Saxon. provocand. jur. cap. 5. num. 30. & seqq.* Ernest. Cothmann. *resp. 44. num. 10. & seqq vol. 1.* Quicquid autem statuto introduci potest, illud faciliori ratione per dispensationem indulgetur; Etenim jus statuti ligat omnes & universum populum; Dispensatio autem unius tantum favorem & commodum respicit, & ad postulationem partis clargitur, Bartol. Bertazol. *in consl. civil. 12. num. 27* Anton. Thessaur. *decis. 87.* Knichen. *d. tr. cap. 5. num. 71.* Faciliùs autem tollitur aut suppletur jus singulare quam universale, *per leg. in tantum D. de reb. dub. l. in modicis. § universitatis D. de contrah. empt.* Ita in terminis Joan. Saison. *ad Consu. Turon. tit. 31. art. 1. verb. Iusques.* Præsertim cum ætatis minoris supplementum & venia naturam dispensationis & gratiæ habeat, secundum tradita Menoch. *consl. 478. num. 1.* Quod dispensandi jus circa contractus etiam Imperii Statibus proprium in suo territorio existit. (*Quartò.*) Huc facit argumentum à simili; quod Imperator hanc ætatis indulgentiam etiam Comitibus Palatinis deleget & concedat, quidni Imperii Status hanc quoque po-

potestatem in territorio exercere possint, cum ibidem per eprui Imperatoris vicarii existant,

VII. Non desunt tamen qui hoc ætatis minorennis supplementum *de reservatis Imperatoris* ita esse asserunt, ut ab eo Imperii Status penitus arceant, inter quos est Gæddæ. *ad l. Princeps*.21.*n*. 20 *ff. de verb. signif.* Knichen. *de Sax non provocand. jur. cap.* 5. *num.* 47. Reinking. *d. Regim. Sec. & Eccles. lib.* 1 *class.* 3. *cap.* 12. *num.* 57. Idque primò potissimum ex hac ratione, Quod sicut olim in Republica Romana solius erat Populi Romani, ità pariter hodie solius est Imperatoris. *per leg.* 2. *Cod. qui ven. atat. impetr.* Est enim certus ætatum finis & modus præscriptus, qui alia ratione haud mutari potest, quàm qua constitutus est. *arg. l. nihil tam. D. de Reg. Iur.* Constitutus autem est publica legis authoritate, quæ à populo vigorem suum accipiebat. Populus verò omnia sua in Imperatorem per legem transtulit; solius ideò Principis est, jam post legem Regiam latam, hanc ætatum metam & spatium annorum, ex causa mutare *per l. nemo C. de relig. & sumpt. fun. l. fin. Cod. de milit. test.* Gæddæus *ad d. l. Princeps.* 21. *n.* 20. *D. de verb. signif.* Siquidem *pro responsione* hîc sciendum I. magnam esse differentiam, ratione absolutæ potestatis Imperatorum, inter id, quod olim fuit, ac illud quod nunc est, nec valet argumentum de uno ad alterum; Cùm longè sint diversa, Nam alia longè est facies hodierni status Imperii Romani, multa antiquavit ipsa temporis vetustas, & longa permutavit dies, quoniam Principes & Status Imperii à Germanis Imperatoribus in consortium Imperii, ac partem sollicitudinis assumpti, omniaque regalia majora eis communicata fuerunt, per ea quæ habet Besold *tr. de jurisd. Imp. Rom. quæst.* 16. *per tot.* Bened. Carpz. *d. regal. th.* 122. *per tot.* apud Arumæ *discurs.* 15. *vol.* 3. eleganter Dn. Dav. Mæv. *ad jus Lub. l.* 1. *Quæst. prælim.* 2. *n.* 53. *& seqq.*

Ita de Ducibus antiquis ad modernos argumentum & æquiparationem penitus rejicit Thom. Minad. *in const. Regn. Tit. de succes. Ducu Com. &c. verb. Comit. &c. n 3.* Frec. *de sub feud. tit. quis dicatur Pap. n.* 1 *lib. 2.* Rudolphin. *tract. de orig. & dignit. Duc. Italia. n. 322. & plurib. seqq.* à diversis autem & separatis non rectè infertur. *per tex. in l fin. D d. calum. L. Papinianus exul. D. de minorib. L. Iulianus D. de condict. indeb.* Everhard *in Topic. loc. à separatis, eleganter.* Ludolph. Schrader. *cons. 3. num. 184. ut & cons. 14. num. 35.* Hardvig. à Dassel. *cons. 29. n. 24.* Cum diversitas factorum faciat etiam juris dispositionẽ esse diversam. *l. si ex plagis §. div. D. ad leg. Aquil.* ac diversa ratio reformet pactum. *l. interpositas, C. de transact.* Anton. Quetta. *consil. 8. num. 5. ac consil. 25. numero 18.* Tiraquel. *de retract. convent §. 2 Gloss. 1. n. 63.* eleganter Nicol. Reusner. *consil. 22. num. 92. & seqq.* Hinc Doctores dicere solent, de rebus plurimùm differentibus, idem jus statui non potest. *arg. l. Quintus Mutius 27. §. argento D. de aur & arg. legato l. naturaliter 12. & l. permisceri.* | 52. *in pr. D. de acquir. possess.* Cravett. *cons. 561. n. 6.* Nicol. Reus. *cons. 19. n. 181. lib. 1. ac dict. cons. n 22. 94.*

VIII. *II. Resp.* Hoc veniam ætatis indulgendi jus de reservatis Imperatoris est, habitâ ratione Principum ac Statuum Imperii immediatorum, quibus nemo majorennitatem ac Principatus sui administrationem concedere potest, nisi solus Imperator, prout ex supra relatis exemplis patet. Quòd autem Imperii Status eandem veniam ætatis subditis suis indulgere non possint, exinde minimè infertur, nec ullam urgentem rationem video, cum illi ab Imperatore, quoad territoriũ & subditos cum omnibus Regalibus, utique etiam de jure concedendi veniam ætatis investiti sint; ita censet etiam Besold. *disput. de Regal. cap. 3. thes. 5. in fin. Thes. practic. edit. 2.* Dn. Knipschild

*tractat*

*tractat. de Civitat. Imper. liber. lib. 2. cap 4. num. 54* Ex quibus patescit, quàm augusta & illustris sit Statuum Imperii potestas, circa jus indulgendi veniam ætatis, ut illud pariter, in eorum territorio, quàm Reges exteri in suis Provinciis, liberè exercere possint. Ita *in Ducatu VVürtembergico* Princeps noster Serenissimus vigore jurisdictionis territorialis veniam ætatis subditis suis elargiri, ac minores in super promajoribus declarare solet; de qua extat. Tit. **in Fürstl. Würtemb. Lands-R.** *part. 2. tit. 27. fol. 314.*

## CAPUT III.

### *De jure & potestate Curatorum illustrium, circa ætatis indulgentiam aliarumvè personarum.*

Summaria.

*I. Asseritur: Curatorem aut Locumtenentem Principis Imperii minoris habere jus concedendi veniam ætatis; & probatur aliquot rationibus.*

*II. Idem ulterius confirmatur, addito testimonio Canonistarum & consuetudine Burgundiæ.*

*III. Ex dictis infertur: 1. Curatores aut Locumtenentes ejusmodi posse Officiales & Magistratus constituere. 2. posse leges & statuta condere. 3. Posse consentire in alienationem Feudi.*

*IV Quibus additur: Curatores aut Locumtenentem ejusmodi posse Investituram facere & Domino directo in jure retentionis præjudicare.*

*V. Infertur. 4. eundem posse in petenda Feudi titulati investiturâ renovatione juramentum fidelitatis præstare. 5 posse debitoribus literas moratorias concedere.*

*VI. Allegatur Constitutio VVürtembergica congruens constitutioni Leoninæ. Et potestas concedendi veniam ætatis Magistratibus VVürtemb. Municipalibus denegatur.*

*VII. Limitantur prædicta. 1 eo in casu, quo consuetudine Civitatis hoc jus Senatus competit.*

*VIII. Limitantur. 2. nisi Civitas Municipalis singulari Principis privilegio hoc jus obtinuerit, vel Senatus Principem repræsentet*

*tet. Quod illustratur statutis Ducatus VVurtembergici, Hollandiæ, Lugduni Batavorum, Roterodami, Antverpiæ, Meclinæ.*

IX. *Limitantur. 3. nisi statuto aut diuturna consuetudine Civitatis ætas legitima vicesimo anno definiatur Quod illustratur statuto Turonensi, Siciliæ item, & Hungariæ.*

X. *Limitantur. 4. nisi Imperator alicui Viro egregio & optimè merito hoc jus concedat.*

I.



Uæritur hoc loco: *An Curator, Administrator aut Locumtenens Principis Imperii in minorenni ætate constituti jus & potestatem habeat concedendi veniam ætatis?* Quod omninò *Affirmandum* censeo. *Tum 1* quod jura gratiosa quæ neque in damnum Reipublicæ vergunt, nec alienationem continent, Vicariis & Locumtenentibus prohibita non sunt. *arg. A. B. cap. 5. in verbis* ibi: **Ein Verweser oder Pfleger deß Reichs:** Nicol. Bets. *de pact. famil. illustr. cap. 7. pag. 223. & seqq.* Anton. Freundeberg. *de rescript. morat. tit. 6. concl. 13. num. 4.* Hinc vulgò Doctores tradunt, quod Tutor vel Coadjutor Regius, liberam regnandi habeat potestatem & administrationem in Regno vel Ptincipatu, non tantum quoad bona, sed etiam quoad exercitium Regaliorum. *arg. cap. grandi. ubi* Joann. de Imola *X. de supplend. neglig. Prælat.* Bald. & Jason. *in. l. fin. C. de testam. milit.* Baesa *de decimis cap. 9. num. 13.* Joann. Guttierez. *de tutel. part. 3 cap. 11. num. 5.* *Tum. 2.* quòd Locum tenens ipsius Principis, vel Pro-Rex, aut Vicarius, regulariter omnia ea possit, quæ ipse, cujus vices gerit, facere posset; Ejusdemque privilegiis ac prærogativis omnibus gaudeat, & superbiat. *per text. in l. 1. C. de Offic. Vicar. l. 1. C. de Offic. ejus, qui vic. al. l. unic. in 7. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. Can. si Episcopus. cause. quæst. 6.* Ægid. Brossius *in oper. tit. de Principe. numero 87.*

Ro-

Rosenthal. *de feud. cap. 9. Concluf. 30. membr. 1. numero 5.* Martin. Mager. *de advoc. armat. cap. 7. num. 722.* Stephan. Gratian *discept. forens. cap. 106. num. 16. & 23.* Don Garsia Mastril. *de magistr. lib. 1. cap. 6. per tot.* Francisc. Pegna *De jure & potestate* Vicarii Episcopi loquens, *decis 409. num. 3.* Alios Authores pro more accumulat Anton Freundeb. *dict. concluf. 13. num* 12.

II. Hujus rationis etiam hæc *Ratio* est, Quod Curator Administrator Principis minoris habetur & est Locumtenens Generalis in Ducatu: Quæ qualitas illud operatur, ut in absentia aut sub minorennitate Principis repræsentet præponentem, vel Principem minorem, adeò, ut omnia ea facere possit, quæ Princeps ipse, cujus vices gerit, dum Princeps Pupillus, aut minor, ob defectum legitimæ ætatis, ab administratione excluditur, *per dict. Canon. Episcopus. Cons. 2 Quæst. 6.* Balzeran. *de feud. lib. 2. de prohib. feud. alien. per* Frid. *num. 41.* Mart. Frecia. *de subfeudis. Cap. Quis dicatur Dux, num 33. & 35.* Unde Canonistæ dicunt: Si *Pontifex*, ob inhabilitatem supervenientem Episcopi, Vicarium creat, ille ob authoritatem acquisitam, etiam præsente Episcopo, omnia ea administrare possit, quæ ipse Episcopus, si habilis esset. post Bart. *in l. 1. §. hi, quibus D. d. legat. 1.* Jacob. Strozzi *in terminis de potestate Vicarii loquendo, lib. 2. Quæst. 64. numero 5.* Hinc in terminis Gubernatoris *Comitatus Burgundiæ* tradit Joannes Grivellus; Quòd in materia assensus Regis, & Investiturarum sumendarum, Vicarii potestas ita par sit Regis potestati, & alterius superioris, ut si in contractu rei feudalis reservatus sit Regius assensus, & si Locumtenens, sive Gubernator Generalis, sive Vice-Rex consentiat, illius consensum idem omninò operari, ac si ipse Rex consensisset. Ac quicquid faciat Locumtenens & Gubernator in absentia Principis, non respiciat ipsum, sed at-

tribuatur ei, cujus vices gerit. Joan. Grivel. *decis. Dolan.* 112. *num. 5. ubi* ita decisum fuisse tradit *in fine*.

III. Proinde ex his traditis *inferunt Doctores I.* Quòd Pro-Reges, Locum tenentes, & Curatores Illustrium personarum possint Officiales & Magistratus creare, & constituere. Capyc. *decis. Neapol.* 135. Cabedo *decis. Lusitan. 21. part. 2.* Franc. Mart. *decis. Delphin.* 795. Don Gars. Mastrill. *de magistrat. lib. 5. cap. 6. num. 190. II. Inferunt* ex prædictis. Quòd Curatores illustrium personarum leges & statuta condendi potestatem habeant, siquidem statuta condere est pars administrationis & regiminis. Morla in *Empor. Jur. tit. 1. num. 20.* post Bald. *cons. 376. vol. 5.* Quod benè deducit Francisc. de Caldas *tr. de restitut. verb. sine Curatore, num. 121. fol. m. 78.* Guttierez. *de tutel. part. 2 cap. 18 num. 47.* Don Gars. Mastrill. *dict. tractat. lib. 3. cap. 3. num. 41.* Qui tamen pro cautela addit, consultius esse, ut Curator illustris hæcce statuta, cum consilio Magnatum, convocatis Comitiis, condat, & ordinet: *sub num. 42.* Caldas; *dict. loc. num. 121. in fin. Ulteriùs III.* infertur, Quòd Locumtenens, Administrator Ducatus, ac Curator Pupilli illustris facultatem habeat concedendi consensum in alienatione feudi; Per hanc rationem, quòd Curator Principis illustris, sit & habeat naturam & qualitatem Procuratoris generalis, habentis mandatum cum libera: Prout bene & latè docet Andr. de Rampinis, aliâs dictus de Isernia, *de prohib. feud. alien. n. 13.* Jacob de S. Georg. *de feudis § Vicarius num. 8.* Joann. Grivell *dict. decis. 1120. num 6.* Ad instar Procuratoris Cæsaris: qui habet mandatum cum libera, per *l. 1. in pract. D. de Offic. procur. Cæsar.* Natta *consil. 428.* Anton. Sola *ad Constit. Sabaud tit. de feudis Decreti Ioland. part. 2. Glos. 2. num 14. fol. m. 142.* benè Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. num. 70.*

IV. Et hoc adeò verum eſt, ut non tantùm Inveſtituram facere poſſit. ſed etiam Domino directo in jure retentionis præjudicare queat; Secundum Jaſon. *in conſ. 102. n. 2. vol. 1.* Decian. *reſponſ. 404. n. 4. ac reſp. 407.* Mozz. *de feud. tit. Qui feud. dar. poſſ. num 23.* Franciſc. Milan. *deciſ. Sicil. 8. num. 56. & ſeqq.* Quod exemplificat & illuſtrat Anton. Sola *in Camera Ducatus Sabaudiæ*, quæ inveſtituris præeſt. Nam cum illuſtris Camera Ducatus Sabaudiæ repręſentet Principem, ſecundùm Guido Papæ *dec. quæſt 19 & 30.* Roland à Valle *conſil. 70. vol. 1.* Ideò mandatum habet cum libera, cum poteſtate agendi omnia ea, quæ ſpeciale mandatum exigunt. Anton. Sola *dict. gloſſ. 2. numero 15.* Dec. *conſ. 404. num. 5.* Quam illationem declarat *Roſenthalius*; Modò Adminiſtrator & Curator Principis Minoris ea agat, quæ alias Princeps facere, ſolitus fuerit, Quod latè deducit Iſernia *de feudis. titul. de prohib. feud. alien. num. 12. & 13.* Roſenthal. *de feud. cap. 9. membr. 1. Concluſ. 30. num. 8. lit. H.* Vide Molinæ. *ad conſuet. Pariſ. §. 14. num. 9. ſeqq.* Aliter cenſet Schrader. *dict. part. 4. cap. 1. num 73.*

V. *Infertur* IV. ex præfatis, Quòd Curator & Adminiſtrator Principis pupilli, aut Minoris, in petenda feudi Titulati inveſtituræ renovatione, Juramentum fidelitatis absque ſpeciali mandato præſtare poſſit, Siquidem ipſorum officium eis eſt pro mandato, uti *arg. l. videamus. 4. Ubi* Jaſon. *D. d. in lit. jur.* Jacob. de St. Georg. *de feud. verſ. Qui quidem inveſtiti. num. 12.* Schrader. *de feud. part. 6. cap. 4. num. 34.* D m. Bocerus *de inveſtit. cap. 4 num. 33.* Vult. *de feud. lib 1. cap. 7. n. 34.* Præterea *ex jam dictis V. infertur*, Quòd Adminiſtrator Ducatus, aut Curator Principis Imperii, in minori ætate conſtituti, Jus & poteſtatem habeat, debitoribus obæratis, & caſu fortuito pro

nunc

nunc solvendo non existentibus, concedendi literas monitorias, quas vulgò *Quinquenellas* vocant. Sicuti hoc in terminis agit, per rationes pro & contra adductas Anton. Freundenberg tractat. de Rescript. *morat. tit. 6. Concl. 13. num. 17. & per totum.* Ex quibus deductis firma manet supra resoluta quæstio, Quòd Curator Principis Minoris, ac Administrator Ducatus, jus & facultatem ætatis veniam concedendi, æquè ac ipse Princeps Principalis, ac Dominus in Ducatu, habeat. Quàmvis latè dissentiat in terminis Bertazzol. *consil civil. 12. num. 14. & seqq.* ubi tradit: hoc jus pertinere ad reservata Principis, ad quę Curator manus suas extendere non audeat. Aliter dissentit aliquatenus in terminis generalibus Don. Mastril: *tract de magistrat. lib. 5. cap. 6. num. 195. & seq.*

V. Cæterum hoc ipsum jus indulgendi ætatem legimam Cujusvis loci Magistratui in hoc Ducatu Würtembergiæ concessit Serenissimus *per dict. tit. 27. in pr.* Besold. *in delib. lib. 1. tit. de ven. ætat. fol. m. 78.* Sanè ex Novella *Leonis Imperatoris* 28. constat, quòd jam olim Imperator concesserit, veniam illam impetrari posse à cujusvis loci Magistratu, plenam jurisdictionem habente, quòd hoc beneficio omnes etiam in remotissimis Imperii Romani ditionibus constituti frui possint; Quod alioquin ob immensam ejus amplitudinem prorsus impossibile erat, ut ipse Imperator *Leo* ibidem attestatur. Nicol. Betf. *de pact. famil. illustr. cap. 7. fol. 274.* Quę Novella aliquatenus, præsertim respectu Magistratus Municipalis moribus Württembergicis congruit; Etiamsi aliàs Constitutiones Leoninę in Imperio vim legum haud obtineant, vid. Hunn. *de interpretat. jur. lib. 1. cap. 6.* Nec desunt quoque quidam ex Doctoribus, qui hanc auctoritatem etiam *Senatui Civitatum* attribuant; forsitan moti per

*leg.*

*leg. deniq. 3. de minorib.* inter quos est Cagnol. *ad l. 3. D. de jurisdict. num. 280.* huc faciunt ea quæ tradit Anton. Fab. *in rational. ad d. l. deniq. 3. D. de minor.* Quod tamen rectè displicet Turaminno *ad l. 9. D. de legib. num.* 11. vid. hîc quoque rationes dubitandi & decidendi apud Anton. Fabr. *d. l.* Cùm non solum *Imperator Severus*, hæc Consulum & Præsidum Decreta ceu ambitiosa jam pridem sustulerit ac potestatem permittendi Minoribus rerum suarum administrationem sibi soli reservarit, *per d. l. deniq. 3. D. de minor.* Anton. Faber. *in Rational. ad d. l. 3. lit. C.* Sed etiam, quod ætatis modus publica legis authoritate definitus, à Magistratu municipali mutari nequeat, ideò hoc tantum ab Imperiale clementia impetrandum. *L. 1. in pr. C. de hu, qui ven. atat. cum leg. seqq.* Gæddeus *ad d. l. Princeps* 21. *num. 2. D. de verb. signif.* Hilliger in Donell. Enucl. *lib. 21. cap.* 12. *in notis lit. Z.* Cum Magistratus Municipalis, legis aut juris statuendi potestatem minimè habeat, sed hoc jus ad Imperii status pertineat, ac proprium sit Principum immediatorum. Henning Gædden. *consf. 36.* Sichard. *consf. feud. 5. num. 4. & 5.* Niel. *de feud. disp. ult. thes. 2.* Besold. *consf. 81. num.* 11.

VII. Quod tamen limitatur I. eo in casu, quo consuetudine Civitatis hoc jus veniam ætatis dandi Senatui competeret; Regalia enim etiam consuetudine acquiri possunt. Quæ enim potest Princeps concedendo, ea potest facere consuetudo introducendo, habet enim vim decreti & constitutionis, *per text. in l.* 1. *§. deniq. ubi* Bart. & Doct. *D. de aqua pluviâ arcend.* Adeoque naturam sapit privilegii. *per text. in l. semper 5. D. de jur. immunit. l. 2. §. ductus aqua. D. de aqua quotidiana & astiv.* Jason *in l. de quibus. 27. D. de legib.* Bald. *in l. si solennibus 7. Cod. de fid. Instrum.* Jason, *consil. 96.* latè & eleganter. Nic Reusner. *consf. 11. num.* 142.

ac imprimis *num. 159. & seqq.* quod confirmat post alios Hadvvig à Dassel. *consil. 45. num. 52.* Pro lege & ipso jure communi habetur, à quo non licet recedere *l. 2. §. portio D. ad leg. Rhod. de jactu. l. Divus. D. de rest. in integr.* Jacob. Rebuff. *ad l. lege censoria 203. §. respondit. D. de verb. signif.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 992. n. 17.* Ac ea, quæ usitata sunt, & consuetudine frequentata, in naturam contractus quodammodo transeunt, *per l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 20. D. de ædil. edict. latè* Tiraquell. *de retract. convent. in fin. num. 127 & seqq.* Nicol. Reuin. *cons. 23. num. 76.* quod præclarè more suo deducit Ludolph. Schrader. *consil. 10. num. 290. & seqq. ac num. 323.* Prout de quibusdam Civitatibus Hanseaticis in primis verò de civitatis *Stralsundensis* consuetudine testatur *Dn. Mevius*; Quibus in locis usu invaluit, ut Curatores in Senatu Civitatis compareant, Minorem annum jam vicesimum fortè aut ultrà egressum, negotiis suis & discretioni sufficientem esse attestantur, ac bonorum administrationem apud acta ipsi minori deferant, insuper petendo, ut à cura liberentur, & adolescens pro Majore declaretur. Quod à Senatu prævia causa cognitione, ac probata Minoris discretione haud difficulter impetratur. Dn & Amicus meus David Mævius. Syndicus Stralsundens. *in Ius Lubec. lib. 1. titul. 2. art. 7. n. 29. & 30.*

VIII. Limitantur II. prædicta, nisi Civitas Municipalis Statuto Principis, aut singulari ejusdē privilegio, hoc jus dandi ætatis veniam, obtinuerit, vel Senatus Civitatis ipsum Principem in hoc jure repræsentet; qualiter de Senatu Civitatis Mediolanensis in hisce terminis supplementi ætatis minorennis attestatur & respondet Jacob. Menoch. *consil. 478.* Ita in Ducatu *VVirtembergico* cuilibet Magistratui Civitatis ex singulari privilegio princi-

cipali concessum est, Adolescentibus vicesimum annum completum habentibus, veniam ætatis elargiri, eosvè à Curatela liberare, in verbis: die junge Leuth/ welche das 20. Jahr ihres Alters erreicht/ der Pfleggschafft von Unsern Ambtleuthen und Gerichten erlassen / rc. Fürstl. Würtemberg Land-Recht. *part 2. tit. 27.* Contra Constitutionem Divi Severi & Antonini, Qui Consulum Decreta veniæ ætatis, pro ambitiosis censuerunt. *in l. deniq.* ubi Anton. Faber, *D. d. minor.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 37. Reg. 2. num. 33.* Simili modo in Hollandia, vicinisque Provinciis Confoederatis moris est, ut nonnullæ Civitates, Adolescentes minorennes à tutela & Curatela liberandi jus & facultatem habeant. Idque *arg. Novell. Leon. 28. in fin.* Ita Bataviæ Civitas Lugdunensis jure indulgendi ætatem majorem gaudet. *Consuet. Lugdun. art. 104.* Pari jure & more alma Amstelrodama utitur. *Ordin. von VVescam. Amstelr. art. 24.* De Civitate Roterdamensi Seelandiæ, veniam ætatis Minoribus attribuere, legimus *in Consuet. ejusdem art. 38.* Nobilissima Brabantiæ Civitas Antverpia eodem jure & facultate fruitur, secund. *Consuet. Antverp. tit. 41. art 13.* Civitatem Mechlinam, quâ supremum Flandriæ judicium seu Parlamentum residet, jus & libertatem adjudicandi Minoribus ætatem legitimam habere, constat ex ejusdem statutis *tit. 19. art. 24.* Hug. Grot. *in Introduct. Iur. Belg. I. B. 12. D. num. 5.* Simon à Groenewecg. *de leg. in Holland. abrog. ad l. omnes 2. num. 1. C. de his, qui ven. ætat.*

IX. Limitatur III. Nisi consuetudine aut statuto Provinciæ vel Civitatis, memoriam hominum excedente, ætas legitima vicesimo anno definiatur; Qualis consuetudo universalis Provinciæ, non tollitur per concessionem veniæ ætatis, aliâs soli Principi reservatam; Quoniam universalis dispositio super legitima ætate,

certi Populi, sublata non est per concessionem singularem, veniæ ætatis Principi reservatam; Multa enim sunt prohibita in particulari, quę in universali valent *per l. in tantum D. de reb. dub. l. in modicis §. universitatis. D. de contrah. empt.* Ita consuetudine seu statuto Turonensi Galliæ Provinciæ, huic juri Regio derogatum est, dum adolescentis tutela decimo octavo ætatis anno finitur, ac Minor pro Majore reputatur. Joan. Saison. *de Cons. Tur. tit. 31. art. 1. verb. Iusques.* Pari modo statuto Mediolanensi cautum est, ut quilibet Civitatis & districtus Mediolanensis, ætatem legitimam in judiciis & in omnibus aliis actibus habere intelligatur, ex quo annos viginti completos attigerit. Carpan. *ad statut. Mediolan. cap. 452.* In Regno utriusque Siciliæ primæ lanuginis Adolescens, quam primum duo de vicesimum annum compleverit, pro Majore reputatur, ac liberum de rebus suis disponendi arbitrium acquirit; per Constit. Regn. Neapol. Regis Frid. *lib. 2. tit. 42.* Choppin. *de Paris. morib. lib. 2 tit. 3. num. 2.* Mastrill. *de Magistr. lib. 2. cap. 5. num. 55.* In Regno Hungariæ, legitima & perfecta ætas, post elapsum vigsimum quartum annum in adolescente censetur, quo completo, universa bona & quælibet jura possessionaria vendendi, permutandi & quocunq; modo voluerit alienandi, plenarium habet facultatem, teste Stephan. Werbeuzi *in Trip. jur. Hung. part. 1. tit. CXI.*

X. Limitatur IV. Nisi Imperator ex singulari gratia alicui Viro egregio & optimè merito, veniam ætatis indulgendi jus & potestatem concedat, quod plerunque in creandis Comitibus Palatii contingit. Hinc *Bartolus* Jureconsultorum Lucernæ refert, quòd Imperator *Carolus IV.* ei, ejusve descendentibus (quoscunque Legum Doctores esse contigerit) inter alia multa privilegia & illud quoque dederit, ut per universum Imperium Romanum

num ætatis veniam cuicunque concedere valeant, servatâ tamen à Legibus requisitâ formâ, Bartol. *tractat. de testib. num. 8.*

# CAPUT IV.

## *De Requisitis, ad concedendum ætatis veniam, necessariis.*

SUMMARIA.

*I. Raritas concessionis veniæ ætatis intimatur ob fragilitatem minorennis ætatis.*

*II. Exprimuntur requisita ad indulgentiam veniæ ætatis. 1. adolescentia.*

*III. 2. Morum probitas, quæ constare debet Principi aut Iudici, quod more Poloniæ illustratur.*

*IV. 3. Impletio anni vicesimi, in masculis; octavi & decimi, in fœminis.*

*V. Q. An Status Imperii necessario ad observationem hujus legis astringantur? Aff. 1. ob generalitatem rescriptorum Imperatoriorum. 2. Quia vicesimus annus pro forma actus constitutus est.*

*VI. Additur: formam esse servandam quod illustratur exemplo rei testariæ.*

*VII. Author contrariam sententiam defendit. 1. Quia definitio vicesimi anni est juris positivi.*

*VIII. Quæ definitio à Leone Imp. non est posita, nec requiritur moribus Hollandiæ. 2. Quia multi contra hanc legem ætatis veniam concesserunt, e. g. Rudolphum II. & Galliæ Reges.*

*IX. Inde extenditur hoc jus ad Principes Imperii. 3. Quia praxis quotidiana in usu hoc esse ostendit.*

I.

VEruntamen quoniam minorennis ætas multis captionibus & illecebris exposita est, sicuti tradit Jureconf.

Ulp. *in l. 1. D. de minorib.* Dum adolescentes plerunque grandævi consilio esse cupiunt, ut dicit Imperator Theodoricus apud Cassiodor. *lib. 7. variar. Epistol. 41.* Princeps enim sua indulgentiâ maturitatem consilii, quam tenera ætas minoribus denegat, dare non poțest; ut considerat hoc optimè Mar. Socin. *consil. 63. n. 50.* Simoncell. *de decret. minor. lib. 3. tit. 8. inspect. 3. num. 27.* Sanè ne minores pro beneficio patrimonii, detrimentum ac diminutionem petant, solet Princeps non nisi per rarò, vel magna de causâ præcoci sapientiæ fidem adhibere, *arg. l. de minj. 3. D. de minor.* Anton. Perez. *in Cod. tit. de his, qui ven. ætat. num 3.* Nec aliter, nisi præviâ & exactâ causæ cognititione, & inquisitione hoc jus legitimæ ętatis concedere, de qua est *l. omnes. 2. D. de his, qui ven. ætat. impetr. ac tit. Cod. Theodos. eod. tit.* Claud *tract. de offic. judic. cap. 3. num. 14.* Quem refert Roland à Valle *consil. 7. num. 95. lib 3.* Duaren. *ad hunc tit. Cod. in pr.* Vide etiam omninò hic Petr Rebuff. *in tract. de Regest. seu lib. Baptism. art. 1. Gloss. 1. num. 22. & seqq. oper. tom. 2.* Bets. *d. tract. de pact. famil. illustr. cap. 7. fol. 273.* Dn. meus Bocerus *tractat. de Regal. cap 2 num 131. & seqq.*

II. Adolescens autem, qui honestate morum præditus, paternam frugem & majorum patrimonia præter ætatem gubernare cupit, ille certas solemnitates, quàm strictè observare & adimplere tenetur; siquidem in venia ætatis impetranda pro forma seu substantiâ actus, in causę cognitionem venientis, Requiritur *Primo*, ut is, qui perfectâ & majorennem ætatem à Principe impetrare vult, sit adolescens, seu minor viginti quinque annis, quod probatur *per leg. 2. in pr* ibi, omnes adolescentes. *C. de his, qui ven. ætat. impetr.* Nam si impetrans justæ esset ætatis, ei haud opus foret, ut veniam ætatis peteret, imò frustrà impetrare-

traretur: *per leg.* 1. *C. de Thesaur.* 15. *lib.* 10. Petr. Rebuff. *dict. tract. art.* 1. *Gloss.* 1, *n.* 23. Jacob. Cancer. *lib.* 1 *variar. Resol. cap.* 7. *num.* 15. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 37. *Regul.* 2. *num* 51. *& seqq.* qui ista requisita examinat. Et hoc facit ad intellectum & differentiam juris Lubecensis *in art.* 7. *lib.* 1. *tit.* 2 quo cautum & consuetum est, ut is, qui reverà major 25. annis existit, si bonorum suorum administrationem suscipere velit, unà cum Curatore coram Magistratu loci compareat, ac sese pro majore (qui reverà talis est) declari petat, aliàs pro majore non censetur, Et hoc eodem jure ad præpediendas varias lites requiritur, quę ex incertitudine ætatis oriri possunt. *arg. l cum te minorem.* 9. *C. de probat.* Mudæ. *ad l.* 4. *C. de minor.* David Męv. *in Jus Lubec. lib.* 1 *tit.* 2. *art.* 7. *num.* 10. *per tot.*

III. *Secundò* requiritur, ut adolescens, sive mas, sive fœmina, sit animo probus, moribus honestus, ac vita frugalis; *per text. in l.* 2. *in princip. &* §. 1. *Cod. de his, qui ven. ætat.* Quod hisce verbis expressit Patrię statutum Wirtembergicum: Die jenige junge Leuth / welche ihrer Geschicklichkeit halber der Pflegschafft zu erlassen seynd. Fürstl. Württemb. Land-Recht *part.* 2. *tit.* 27. De quibus Persius; *Ingenium & prudentia velox ante pilos.* Azo. *in Summa Cod. dict. tit. de ven. ætat.* Anton. Perez *in Cod. eod. tit. num.* 2. *&* 3. Ac ut ait Imperator, *Constantinus*; Quos morum honestas, mentisque solertia quasi certâ famâ commendat; Hos verò propter pudorem & verecundiam in cœtu publico demonstrari, testibus non cogimus, *text. in l. un. Cod. Theodos. de his qui ven. ætat.* Et de hoc necesse est ut constet Principi, aut judici, ut actis inscribatur, antequam ætatis venia impetretur, teste Carolo Ruino. *cons.* 126. *vol.* 5. de quo etiam Roland à Valle *cons.* 7. *n.* 94. *vol.* 3. Petr. Rebuff. *in tractat. de Regest. seu lib. Baptism.*

*art.* 1

*art.1. gloss. 1. num. 24.* Ernest. Cothman. *consil. 44. num. 23. vol. 2.* Anton. Perez. *in Cod. d. t. de ven. ætat. impetr. num. 3.* Unde in Regno Poloniæ consuetum est, ut Regia Majestas, non prius ætatis veniam & privilegium nisi viso prius adolescente, indulgere soleat; attestante Andr. Lipskio *dict. observ. 10. num. 7. cent. 2.*

IV. Tertium requisitum est, ut Masculus vicesimi anni metas impleverit. *per d. l. 2. in pr. Cod. d. t.* Ac ut jus Parisiorũ sese habet; *ayant d'age de vingt ans accomplis.* Claud. Guerin. *ad Ius Paris. art. 272.* Et plenè quidem prout ait *Constantinus Imperator* in verbis: Ita ut demum ætatis veniam impetrare audeat adolescens, *cum vicesimi anni* clausa ætas adolesentiæ, patefacere sibi januam cœperit, ad firmissimæ juventutis ingressum. *text. in l. un. Cod. Theod. dict. tit.* Sin fœmina fuerit, tum demum hanc indulgentiam petat, cum *octavum & decimum annum* egressa fuerit, *per d. l. omnes 2. §. 1. Cod. eod. titul.* Rebuff. *dict. tract. art. 1. Gloss. 1. num. 25. & 32.* Bartol. Bertazzol. *consil. Civil. 12. num. 20.* Joan Saison. *ad consuet. Turonens. tit. 31. art. 1. vers. Iusques.* D. Bocer. *d. c. 2. num. 233.* Quoniam in fœminis celerior est cursus prudentiæ muliebris. Nicol. Bets. *d. tr. de pact. famil. illustr. cap. 7. fol. 273.* seu, ut loquitur hîc Accursius *in Gloss. d. l. 2.* Non quòd prudentiores sint, sed quod *mala herba* celerius & plus crescat, quàm bona, Idem Duaren. *ad tit. Cod. de his, qui ven. ætat. impetrar.* Azo *in summa Cod. dict. tit. pro 1.* Idque ad exemplum pubertatis, cum fœmina duobus annis citius pubescere, Imperator constituerit. *in pr. Instit. quib. mod. tut. fin.* ubi Schneidew. *Vult. Harprecht. & Dd.* Anton. Cont. *lib. 2. lect. susciv. cap. 13.* Alii aliam rationem adferunt, nempe quòd Fœminæ, cùm sint minoris vitæ, quàm masculi, citiùs perficiantur, sicuti contingit in quolibet animali, quia

quan-

quanto res est brevioris vitæ, tantò citiùs perficitur. Glossa *in l. qua atate. vers. sed quaro. verbo completum. D. de testam.* Tiraquell. *l. 4. Connub. gloss. 1. part. 9. num. 43.* Surdus. *de aliment. tit. 8. Privileg. 58. num. 1.* August. Barbosa *ad l. 2. num. 8. C. de his, qui ven. atat.* facit huc Franciscus de Amaya. *lib. 3. observ. cap. 5. num. 31. & seqq.* Conrad. Oleman *disp. ad Instit.* Gyphan. *6. thes. 11. & 15.* Sanchez. *de matrim. lib. 7. disp. 32. num. 16.*

V. Quæritur autem hic? *An Princeps vel Status Imperii necessariò ad observationem l. 2. Cod. de his, qui veniam atat. impetr. astrictus sit, nec aliter masculo vel fœmina atatis privilegium indulgere queat, nisi adimpleto* anno vigesimo, vel decimo octavo? Et quidem hoc *affirmandum esse* ex sequentibus fundamentis videtur. Primò exinde, quòd rescripta Imperatoria sint generalia, ac universos & singulos Imperii subjectos obligent, ideo eisdem derogare nemo potest, nisi Imperator, qui ea rescripsit. *per text. in l. prator. ait. 3. §. Divus. 5.* ibi, Imperialia statuta suam vim obtinere. *D. de sepulchr. violat.* Nec concedendum est, ut jus Civile tot vigiliis constitutum & excogitatum, tam facilè evertatur. *per l. 2. §. si quis à Principe. D. ne quid in loco publ.* Quoniam ea, quæ ad jus rescribuntur, perennia esse debeant. *text. in l. 2. Cod. de rescript.* Cravett. *cons. 172.* Bald. *ad l. 2. Cod. de tempor. apell.* Sebast. Medic. *in tractat. Regul. part. 1. Reg. 1 num. 100.* Anton. Perez. *in Cod. tit. de Rescript. num. 4.* Francisc. Mignon. *ad consuet. Andegav. art. 64. fol. 25.* Anton. Freundeberg. *de rescript. morat. conclus. 48. num. 79.* Hinc Imperiali constitutione sancitum est, ut omnes Imperij Principes & Magistratus, Recessus Imperij aliavè Rescripta Imperialia observando teneantur. Reform. der Policey-Ordnung / *cap. 17. §.* Dieweil aber solches / Sebast. Næv. *in System. ad d. l. Prator. ait, 3. §. Divus. 5. numero 20. D. de sepulchr. violat.*

Ideò Imperij Principes & Status Constitutiones Imperatorũ Aureliani, Constantini & Justiniani, *in dict. tit. Cod. de his qui ven. ætat.* pro lubitu evertere non potuerant. Et hoc *secundò*, tantò minus; Quoniam Imperator *in d. l. 2.* vicesimum annum pro forma actus constituit, ne scilicet minor aliter, nisi adimpleto vicesimo anno, veniam ætatis impetrare audeat, quod satis evincunt verba *d. l. 2. in princ. ibi:* ita demum, quibus sibi ipsi quasi legem posuit. Certi enim juris est, quòd tempus alicui rei aut dispositioni præfixum, pro forma præscriptum censeatur. *per text. in l. scire 13. §. consequens. 4. D. de excus. tutor.* Molin. *ad Consuet. Parisiens. tit. 1. §. 201. gloss. 10. num. 6.* Alder. Mascard. *de statut. concl. 9. num. 10.* Asinius *de execut. §. 6. cap. 20. n. 16.* Græven. *lib. 1. concl. 124. consid. 1. n. 4. & 5.* Monter. à Cueva *decis. 20. num. 31.*

VI. Hinc vulgò dicitur, formam ad unguem servandam esse; quia de substantia actus censetur, aliâs totus actus corrueret, *per text. in l. 3. in pr. D. oblig. & act. l. pacta conventa. 74. in pr. D. de contrah. empt. Bl. ad l. etiam. 5. n. 6. C. de execut. rei judicat.* Bocer. *de Regal. cap. 2. n. 132.* Forma enim essentialis, est variationis nescia, nec potest ullo modo alterari cum lex resistat. *per d. l. 3. in pr. d. l. pacta. 72. D. de contrah. empt.* Ant. de Butr. *in cap. fin. 7. notab. X de restit. spoliat.* Dec. *in cap. prudentiam. notab. 4. X. de officio delegati.* latè Centius *tr. de censib. part. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 6. num. 13. usq. ad num. 19.* Seraphin. *de juram. privil. 130. num. 1. & seq.* Quos recenset Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 786. num. 14. & seqq. ac cap. 853. num. 27. & 28.* Exempla habemus, in materia testamentorum, in qua Septenarius testiũ numerus pro forma substantiali requiritur. Jul. Clar. *recep. sentent. §. testamentum. Q. 56. num. 2.* Similiter ætas quatuordecim annorum in testatore propter pericula & frau-

des pro forma requiritur, quæ legibus mutari nequit. *text. in l. à qua ætate & ibi Doct. D. de testament.* *Ludov. à Schora* apud Kirchov. *consil. 3. Quæst. 5. num. 19. vol. 3.* vide latiùs hæc deducentem Anton Freudenb. *tract. de rescript. morat. conci. 48. num. 8. & pl. seqq.* 3. Hoc confirmat *d. l. 2. §. fin.* quæ cum clausula irritante munita est. Heinr. Bocer. *de regal. cap. 2. num. 133. in fin.* Privilegia contra leges impetrata nullius sunt momenti. Ita in terminis respondet Socin. Jun. *consil. 47. n. 37. vol. 1.* Ac in specie Principis inferioris. Roland. à Valle *consil. 7. num 93. vol. 3.*

VII. Hisce tamen non attentis, contrariam sententiam veram dico, ac nihil video quid impediat, quo minus Imperii Princeps circa vicesimi anni metas, Adolescentis ætatis veniam petentis aliud suppletivè ac dispensativè statuere & indulgere queat, etiamsi octodecim tantum annorum existat, præsertim si talem dispensationem urgentes causæ postulent. Nam *primò* indubitatum est, quòd definitio vicesimi anni & quidem completi, in masculo ad impetrandam ætatis indulgentiam, ac bonorum suorum administrationem, sit merè juris positivi, & ab Imperatoris arbitrio liberrimo processerit. Nec potest firmior ratio reddi, cur masculus ætatis veniam petens, non minus in decimo octavo ætatis anno audiatur, & hujus beneficii capax sit, nisi quòd Imperatori non placuerit, *arg. §. sed & 9. Inst. de jur. Nat gent. & Civ. l. 1. in pr. D. de constit. Princip. l. fin. §. 1. C. de leg & Constit.* Siquidem jura, Adolescentes plenæ pubertatis, seu octodecim annorum, ad negotia & actus graviores gerendos admittunt, ut patet *ex §. cum ergò. Inst. quib. manum. non licet. Auth. si Captivi. Cod. de Episc. & Cler. l. præcedere 28. D. de adopt. l. mela 14. §. 1. D. de alim. legat.* Ludov. à Schora apud Kirchov. *consil. 3. qu. 5. n. 19. vol. 3.* Althus in *Dicæolog. lib. 1. cap. 5. n. 21. & seqq.*

Ea autem, quæ merè sunt juris positivi, Principes & status Imperii in suo territorio mutare possunt, vel in contrarium statuendo, vel contrà dispensando, ac consequenter *dict. l. 2.* metas vicesimi anni principali authoritate relaxare. Cùm Imperij Status in suis Provincijs & districtu statuta, non tantum præter jus Civile, illud declarando, sed etiam contra jus Civile illud abrogando, condere queant, *arg. l. 2. Cod. de offic. præfect. prætor. leg. 3. §. Divus. D. de sepulch. violat.* Heinrichmann. *consil. 36. tom. 3.* Gail. *lib. 2. observ. 124. num. 2. ac lib. 1. observ. 36. num. 9* ubi Græven. Brünning. *de jur. univers. thes. 57.* Cöppen. *obs. feud. 8. num. 26.* David. Mævius *ad Jus Lubec. lib. 1. Quæst. prælim. 1. num. 56.*

VIII. Proinde si Princeps aut status Imperii ex certa scientia & de plenitudine potestatis, Adolescenti etiam minori 18. annis, ætatis veniam concedit, de ejusdem Principali judicio disputare, sacrilegii instar erit, sicuti tradit. *l. disputare 2. C. de crim. Sacrileg.* Præsertim cum nec Imperator Leo certam ætatem ad impetrandam hanc indulgentiam definiverit, dum hoc unum requirebat, ne bona Minoris labefactentur; Quod periculum cùm absit, supervacuum esse, ætatem expectare, censens *Novell. Leon. 28. in fin.* Sicuti moribus quoque Hollandiæ, scrupulosa annorum probatio non requiratur, Simon. Groeneweg. *de legib. in Holland. abrogat. ad l. 2. C. de his, qui ven. ætat. num. 3. & 4.* Mornac. *ad d. l. 2. num. 2.* *Secundò* in confirmationem hujus decisionis considerari possunt exempla passim obvia, dum Imperator ac Reges absoluti, contra dispositionem *legis 2.* ætatis veniam concesserint. Ita Imperator *Rudolphus II. Christiano Daniæ Regi*, decimo septimo ætatis anno nec dum completo, veniam ætatis ob Regias dotes, & qualitates, solemni decreto indulsit, uti ex Anton. Hering. *tractat. de fidejuss. cap. 7. n. 110.* tradit

dit noviſſimè Hermann. Hermes. *in Faſciculo juris publici, cap.* XI *n.*119. Ludovicus item *Rex Hungariæ & Bohemiæ* defuncto Uladislao regna, adiit annos natus 13, veniâ ætatis à Maximil I. impetratâ. Idem Herman. Hermes. *d. tr. cap.* II. *numero* 119. ac idem in Imperatore quod ad dictæ legis 2. obſervationem adſtrictus non ſit, refert, Limnę. *in Iur. Publ. lib. 2. cap. 9. n. 150.* Hermann. Hermes, *dict. loc.* Similiter *Galliæ Rex* Illuſtri *Domino de Roan.* decimum ſeptimum annum agenti ætatis indulgentiam Regijs literis conceſſit, quæ verificatæ & comprobatæ fuerunt, anno 1534 die 5. Januarii in magna Pariſienſi Camera, referente oculati teſte Petr. Rebuff. *tract. de regeſt. ſeu Baptiſm. libr. art.* I. *Gloſſ. 1. n. 25.* Quod exemplum refert quoque Joann Papon. *lib. 16. tit. 2. Arreſt* I. Idem atteſtatur *Duarenus*, quod in Gallia ij, qui gratiâ valeant, hanc veniam ante hos annos impetrare poſſint Duaren. *in Comment. ad tit. de his, qui ven. ætat.* Plura exempla ac inſuper promulgata Arreſta, refert Papon. *in Arreſt. lib. 46. tit. 2.*

IX. Quod jus exemplo Imperatorum & Regum etiam ad Imperii Principes & ſtatus, quantum ad ſubditos, jure merito extendi poteſt; *per vulgatam regulam*, quòd Principes & ſtatus Imperij, reſpectu ſubditorum, Imperatoris vicarii in ſuo territorio, exiſtant, ac quæ Imperator in Imperio reſpectu Regalium, ea Princeps in ſuo territorio valeat, cùm ejus jurisdictio, ratione ſubditorum abundè & efficaciter fundata ſit, prout hanc Regulam exornant Gail *lib. 2. Obſ 57. num. 2. ac de Pac. Publ. lib.* 1 *cap. 6 n.* 11. Otto Meland. ad Noë Meur. *Proceſſ. part. 2. fol. 487.* Ruland. *de Commiſſ. part. 2. lib.* 5. *cap. 4 num. 51.* Matth. Stephan. *d. Iuriſdict. libr. 2. part.* I *cap. 4. num. 35. & 36.* *Tertiò* omne ulterius dubium tollit praxis quotidiana Curiarum Principum, ubi indies ætatis venia Adoleſcentibus etiam vigeſimum annum nondum ingreſſis

indulgetur, consuetudo autem est optima legum interpres. Text. *in l. si de consuetudine. 32. cum l. 37. D. de legib. l. quod si. D. d. adil. edict.* Matth. Stephan. *de Iurisd. lib. 1. cap. 1. cap. 18. num. 31. & 32.* latè & eleganter. Joann. Petr. Fontanell. *de pact. nupt. Clauf. 3. Gloss. 2. num. 7. & seqq.* Anton. Perez in *Cod. tit. qua sit longa consuetudo. num. 9.* ac potior quam statutum existit; Cravett. *de antiquit. temp. in princ. num. 39.* Besold. *in delib. lib. 1. fol. 94.* Quia consuetudo trahitur ad casus similes, quod non est in statuto. Angel. *in cons. 52.* Alexand. *119. n. 14. vol. 6.* Adest etiam alia ratio, quod sanctiora videantur esse, quę moribꝰ, quàm ea quę legibus afferuntur; quia leges ut plurimū dantur invitis & recusantibus ab eo, qui plus potest, sed consuetudo per se influit in mores hominum, sicut vel à natura putetur esse aut ab antiquis paciscentibus bono publico instituta sunt. Riminald. Jun. *in cons. 758. n. 27. vol. 7.* Quę rationes & autoritates traduntur à D. Marta Neapol. *part. 4. Summa totius Successionis legalis. quaest. 6. art. 1. n. 25.* Hinc consuetudo tribuit Quoque jurisdictionem, *l. 1. C. de emancip. lib. 10. l. more, D. de jurisd. cap. cùm contingat. X. de for. competent.* Bellug. *in spec. Princ. Rubr. 22. §. & quia quotidiana &c. per tot.* Menoch. *cons. 2. num. 308. seqq.* Jacob. Cancer. *Var. resol. tractat. Clauf. 3. gloss. 2. num. 26.* Quos sequitur Fontanell. *sol. part. 2. cap. 2. numero 63.* Adeoque etiam Regalia confert, *per cap. super. §. praeterea X. de verb. signif.* Matth. Wesenb. *consil. 46. n. 4.*

# CAPUT V.

## De quatuor aliis requisitis in concessione veniæ ætatis necessariis.

### SUMMARIA.

I. 4. *Requisitum ad indulgentiam veniæ ætatis exprimitur: delatio literarum indulgeniæ ad Iudicem.*

II. *Id confirmatur intimatione totius praxeos in hac re.*

III. 5. *Requisitum est, comparitio in propria persona, quod confirmatur aliquot rationibus, & illustratur consuetudine Poloniæ.*

IV. *Excipiuntur ab hac regula Mulieres, ob aliquot rationes. Q. An Majorennitas à die concessionis rescripti, an verò judicialis insinuationis currat? Aff. posterius.*

V. 6. *Requisitum est: fundamenti intentionis coram Iudice probatio, quod illustratur praxi Cameræ Parisiensis.*

VI. *Q. An impetratio veniæ ætatis valida sit, si petens reticuerit, quod annum vicesimum nondũ attigerit? N. & rationes adferuntur negationis.*

VII. 7. *Requisitum est: sententia declaratoria.*

VIII. *Adduntur duæ observationes, & praxis Hispaniæ, Hollandiæ atq; Seelandiæ refertur.*

I.

R*Equiritur* (*Quartò*) ut adolescens hasce literas indulgentiæ obtentas, Judici competenti offerat, præsentet ac intimet, *per d. l. deniq; 2. §. Senatores. 2. Cod. de his, qui ven. ætat. Gloss. in l. 1. verb. impetraverunt. Cod. d. t.* Intimatio enim necessaria est, quo literæ gratiosæ apud judicem examinentur, ac probatio eorum, quæ in rescripto continentur, debitè exigatur; tum demum minor hoc beneficio ætatis gaudere potest,

test, quando indulgentiam hanc in Judicio intimaverit, quo rei propriæ administratio ei decernatur. *text. in l. ea quæ 4. C. de tempor. in integr.* Azo *in Summa Cod. de his qui ven. ætat. num. 2.* Anton. Gomez. *Var. Resol. lib 2. cap 14. num.* 12. Roland. à Valle. *conf. 7. num. 98. vol. 3.* Duaren. *ad d. t. de his, qui ven. ætat.* Rebuff. *tractat. de rege^o. seu libr. Baptism. art. 1. Gloss.* 1. *num. 29. in Oper. tom.* 2. Bes. *d. pact. famil. illustr. cap. 7. fol.* 273. Joan. Petr. Fontanell. *tract. d. pact. nuptial. Claus.* 25. *Gloss. 3. num. 61. & 63.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 37. reg. 2. num. 56.*

II. Et ex his elucet praxis literarum indulgentiæ ætatis, ut primò à Principe impetrentur, mox literæ istæ emanatæ judici ordinario præsententur, posteaque probetur id, quod in eis allegatum est. Rebuff. *dict. tract. artic. 1. Gloss. 1. num.* 28. Quæ intimatio seu comprobatio à Gallis dicitur *enterinement*, vel *interener*. Duaren. *in Comment. ad d. tit. Cod. de his, qui ven. ætat.* Ac solent in Gallia rescripta ejusmodi ad Parlamenta dirigi, & à magna Camera comprobari, quemadmodum hanc Praxin attestatur Petr Rebuff. *in dict. tract. de Regest. art.* 1. *gloss.* 1. *num. 28 & 29.* Solet enim Princeps, ad gloriosam supplicationem adolescentis facilè ætatis veniam concedere, absque ulla etiam examinatione; Cùm ille ob multitudinem negotiorum totius Provinciæ, quibus intentus est, probationes exigere & audire non possit, proinde nec subito bonorum administrationem decernit, sed totam causæ cognitionem ad ordinarium cujusque loci Judicem remittit, *text. in d. l. deniq.*, 2. *§. sed Senatores. 2. C. de his qui ven. ætat.* Azo *in summa dict. tr. Cod. n. 2.* Duaren. *in Comment. eod. tit.* Joann. Petr. Fontanell. *d. tr. de pact. nuptial. Claus. 3. Gloss. 3. num. 63.*

III. Requiritur, *Quintò*: ut ipse impetrans adolescens

ſcens hoc reſcriptum ætatis perſonaliter impetret à Principe, nec per Procuratorem compareat, *text. in d. l. deniq. 2 pr. ibi*, ipſi per ſe hoc beneficium allegantes, ubi Gothofred. *C. de his, qui ven. ætat.* Azo *in ſumma Cod dict. tit. ſub n 2.* Duaren *in Comment. eod. tit.* Johan. Brunnemann. *Comment. in Codic. eod. tit.* Boccr. *d. Regal. cap. 2. n. 133.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 37. Reg. 2. num. 52.* Licet enim regulariter quiſpiam ſuum reſcriptum per Procuratorem præſentare poſſit, hoc tamen in veniæ ætatis reſcripto fallit, quoniam ubicunque examinanda venit qualitas perſonæ, utpote an ſit literatus vel honeſtæ vitæ, tunc perſonaliter comparare tenetur. Ita Franc. *in cap. 1. de judic. in 6.* quem allegat Petr. Rebuff *dict. tract. art. 1. Gloſſ. 1. num. 28.* Poterit enim ex perſonali præſentia judicium fieri morum, prudentiæ & ætatis, ac explorari ex ſermone, vultu, geſtu, an in perſequenda hac glorioſa ſupplicatione Principi obrepſerit, ut ait Caſſiodor. *lib. 7. var. epiſt. cap 41.* Franciſc. Duaren. *in Comment. ad d. t. Cod. de his, qui ven. ætat.* Idque in Curia Francica obſervari, atteſtatur Joan. Papon. *d. arreſt. lib. 16 tit. 2. arreſt. 1.* Proinde in Regno *Poloniæ* moris eſt, ut Rex ætatis veniam non prius, niſi viſo optimùm Adoleſcente, ætatis indulgentiam petente, concedere ſoleat; atteſtante Andrea Lipskio Epiſcopo Cracovienſi *in obſerv. Pract. cent. 2. obſerv. 10. numero 7.*

IV. In hoc tamen mulieres à viris differunt, eoque privilegiatæ ſunt. I. Quod illæ per Procuratorem reſcriptum præſentare & interinare, ſeu intimare ac ejus verificationē perſequi poſſint; *per text. in l. deniq. 2. § 1. ibi. miſſo Procuratore.* ubi Johan. Brunnem. *Comm. Cod. de his qui ven. ætat.* Cujus juris hæc ratio eſt, quòd contra decorū ſexus muliebris ſit, fœminā cætui publico demonſtrari. *per dict. l. 2. §. 1. Cod. d. tit. l. 1. Cod. de offic. div. Jud. l. 2. §. fin. C. de jurejur.*

*prout. calum. dand.* Quæ secundum Canones in publico vagari non debet *per cap. mulieres. de judic. in 6* Azo *in summa Cod. dict. tit. num. 2.* Petr. Rebuff. *dict gloss. 1. n. 32.* Aug. Barbosa. *ad l. 2. num. 4. Cod. de his, qui ven. ætat,* Dn. Bocer. *de Regal. cap. 2 sub num. 133. circa fin.* Præterea *secundo* in mulieribus sufficit, ut probent ætatem, nec adstringuntur docere morum honestatem, vel probitatem animi, cum tamen masculus utrumque probare teneatur *per d. l. 2. §. fœmina. 1. C. dict. tit.* (De eo tamen, quòd in fœminis tantùm ætas probanda sit, non verò honestas vitæ, dubitat D. Johann. Brunnemann. *comment. in Codic. ad l. 2. dict. tit.* an non. *in § 1. hujus legis,* partic. *tantùm* opponatur comparitioni personali, & non probationi morum.) Sagacior enim præsumitur fœmina quàm masculus, unde & tardæ sunt ad donandum *per leg. sed si ego D. ad SC. Vellei. l. si stipulata. D. de donat. inter vir. & ux.* Azo *in Summa Cod. d. t. n. 3.* Aut (ut quidam volunt) quoniam fœminæ hoc rarò admodum probare possunt, sunt enim plerunque redhibitoriæ. Gloss *in l. ex his D. d. legib.* Vel quia bonus Imperator *Constantinus,* fœminas pro constanti habet moratas, aut non vult inducere testes ad perjurium, tradente Petr. Rebuff. *in d. tract. de Regest. art. 1. gloss. 1. n. 32.* Et hæc requisita in Compendium quasi reduxit. Ant. Gomez. *2. var. Resol. cap. 14. num. 12.* Eadem recenset quoque Ludov. Molina *de Iust. & Iur. tract. 2. Quæst. 224. num. 25.* Quæritur autem hic, An Adolescens, qui literas indulgentiæ à Principe impetravit, si ante intimationem & cognitionem judicialem in contractu aut alio actu læsus fuerit, restitutionis beneficium amittat? Seu in effectu: *An Majorennitas à die concessionis rescripti an verò Iudicialis insinuationis currat?* Et quidem posterius verum esse censeo, nec minor restitutionis beneficium amittit, nisi

nisi bonorum administratio ei decreta, & omnia adimpleta fuerint *per text. in l. ea quæ 4.* considerando *verbi ibi:* eiq; administratio rei propriç permissa: *ac paulo post*: Ex eo die, quo indulgentia nostra in judicio complenti fuerit intimata. *C. de temporal. in integr. restit.* Nam ante prędictam notificationem & administrationis concessionem hujusmodi gratia non dicitur habere suam perfectionem. *per d. l. 2. Cod. de his, qui ven. ætat. impetr.* Gloss. *in l. 1. verb. vel si fuerit læsus. C. dict. tit. Castr. pulchrè ad d. l. 2.* Petr. Rebuff *d. tract. de Regest. art. 1. Gloss. 1. num. 33.* latè Joann. Petr. Fontanell. *tract. de pact. nupt. Clauf 3. num. 63 & seqq.* *Qui sub num. 61.* Ita in *Cathalonia* senatu supremo judicatum fuisse, attestatur.

V *Sextum Requisitum* est, ut Adolescens coram judice competente probet fundamentum suę intentionis, i. e. omnia ea, quę in supplicatione allegavit, scilicet numerum annorum, probitatem animi, ac vitę honestatem; Hęc enim non pręsumuntur, *per l. 1 cum seq D. de minor.* Paul Montan. *de tutel. cap. 37 Reg. 2. n. 53.* Idq; testibus idoneis vel instrumentis publicis. *per text. dicta l. denique 2 in pr. ibi.* per scripturam, *& p p. ibi.* testib. idoneis. *C. de his, qui ven. ætat impetr.* & ibi D. Johann. Brunneman, ubi notat casum, in quo duobus testibus, id non probatur, sed plures requiruntur, & quidem quinque. *l 7. D. de restit. in integr. l 3. D. de Carbon. edict. l. 12. D. de probat. l. un. Cod. Theod. de his, qui ven. ætat.* Azo *in Summa Cod dict. tit. n. 2.* Anton. Gomez. *2. var. Resol. cap. 14. num. 12.* Et hoc consulendo consideravit Roland. à Valle *consil. 7 num. 94. vol. 3.* facit huc Besf. *de pact fam. illustr. cap. 7 fol 271.* Wesemb. *in parat. Cod. de his, qui ven. ætat.* Dn. Bocer *d tr. de Regal. cap. 2 num 133.* Qui libet enim veritatem causę probare debet, quam in litteris supplicatoriis asserit, *l. fin.*

 *Cod.*

*Cod. qui num. liber. se excus. lib. 10.* Petr. Rebuff. *in d. tract. de Regest. art. 1. gloss.* 1. *num.* 30. Undè vulgò dicimus, quod impetrans gratiam debeat verificare narrata, cum narrativa dicatur pars gratiæ, secundum Canonistas *in cap.* 1. *num.* 2. *X. de litis contestat.* Francisc. Pegna *decis.* 1158. *num.* 2. Necesse autem est, ut testes illi non sint fortuiti, sed expressè ad hunc actum producti, nec testes transeuntes recipiuntur *p. d. l. omnes.* 2. *in pr. ibi* testibus idoneis advocatis *C. d. tit.* Sicuti in testamentis, aliisvè actibus solennibus, testes non fortuiti, sed rogati desiderantur, *L. heredes §. penult. D. de testam. auth. rogati. Cod. de fid. Instr.* Ita Rebuff. *d. art.* 1. *Gloss.* 1. *num.* 31. Paul Montan. *dict. tract. cap.* 37. *Reg.* 2. *num.* 57. & 58. Itaque Curia Parisiensis in concedenda ætatis indulgentia Domino *de Rohan* & Vice-Comiti de *Turenia*, contenta fuit, approbatores & assertores integritatis, industriæ & probitatis prædictorum Dominorum, audire, attestāte Joan. Papon. *in arrest. lib.* 16. *tit.* 2. *arrest.* 1 *in fin.* Hoc notandum: quod de numero annorum adolescentis, etiam consanguinei deponere possint. *per text. in l. de tutela* 7. *ibi avunculi.* ubi Johann. Brunnemann. *C. de restit. in integr. arg. l.* 3. §. 5. *D. d. Carbon. edict. Br. in l. de ætate. n.* 7. *D. de minor. & ibi.* Alex. *in addit.* Angel. *in l.* 1. *num.* 5. *D. de probat.* Jacob de St. Georg. *ad l. cum de ætate. num* 4. *D. de probat.* Maurit. *de restit. in integr. cap.* 316. & 317. Sforz. Odd. *eod. tr. Quæst.* 37. *art.* 5. *num.* 59. Treutl. *vol.* 1. *disput.* 11. *thes.* 8. *lit. F.* ubi tamen Bachov. *in not* satis parcè dissentit. Dn. David. Mæv. *ad Ius Lubec. lib.* 1. *tit.* 2 *art.* 7. *num.* 17. Quemadmodum pro Domino *de Roan* deposuit Archi-Episcopus Lugdunensis ejus Patruus & alii quàm plures Nobiles & magni Viri, receptæque authoritatis, teste Petr. Rebuff. *dict. Gloss.* 1. *num.* 30. Unde bene notavit *Guerinus*, Quòd Gallorum moribus, Beneficium ætatis obtinendum sit, Judicio Agnatorum & Dio-

& Diplomate Regis, officio Judicis sancito. Claud. Guerin, *ad lus Civile Parisf. art. 272 Verb. Ou Qui a, fol. 303.* Hodie tamen moribus plerunque locorum communiter receptum est, ut cùm non solum Ducibus, Comitibus, Nobilibus, sed etiam Mercaturæ addictis Minoribus, alijsve, qui veniæ ætatis concessionem impetrant, ob celebritatem actus Curatores, alijve propinqui majores, apud Judicem pro tribunali sedentem compareant, simulvè preces deferant, atque de petentis ætate animique probitate testificentur, tradente Mornacio ad *l. 2. Cod. de his qui ven. ætat.* quem refert. Ant. Perez. *in Cod. d. t. de his qui ven. ætat. num. 3.* Besold. *in delibat. lib. I. tit. de ven. ætat. fol. m. 78.* Ideò non rectè Bugnonius *in tract. de leg. abrogat.* hunc titulum abrogatum esse censet.

Quæritur autem, *Quid juris; si petens ætatis indulgentiam, in supplici libello reticuerit quòd annorum vigesimum nondũ attigerit, ac Princeps in Rescripto simpliciter ætatis veniã concessit?* Hanc impetrationem tanquam subreptitiam non valere censeo. Quoniam petens veniam ętatis, mentionem facere debet necessariò de qualitate à jure necessaria & considerata, scilicet quòd non habeat viginti annos completos, *per l. 2. in pr. C. de his, qui ven. ætat. l. un. C. Theod. eod. tit.* Quæ qualitas si non exprimatur, cùm fiat contra jus, ipsa impetratio subreptitia efficitur; sicuti in terminis fuit decisum in Rota apud Mohedan. *decis. 7. tit. de Rescript.* Nam certum est, quod Princeps difficilius concessisset Gratiam contra juris dispositionem, si scivisset; sicut facilius concedit id, quod ętati legali convenit, hoc est, Cùm Minor vigesimi anni metas adimplevit, Æmil. Verall. *decis. 274. part. 1.* Quò facit *secundò*, Quòd rescriptum obtentum ad preces obreptitias, est nullum ipso jure, ob defectum voluntatis Principis concedentis. Capyc. *decis. 32, n. 12,* Cravetta *cons. 68. n. 5. ac cons. 266.*

F 3 Unde

Unde DD. dicunt Quod in gratiosis obreptio intret actum, ex defectu intentionis ipsius Principis concedentis Afflict. *decis. 116. num. 3.* Verall. *decis. 34. num. 7. & 8.* Tessaur. *decis. 21. num. 1.* Et hoc *tertiò*, eò magis verum obtinet, Quonia A Princeps non præsumitur concedere voluisse ea, quę per malitiam impetrata sunt: Dicitur autem per malitiam impetrare is, qui reticet qualitatem à jure consideratam. secundum Beroum *in cap. super litteris. num. 70.* Hostiens. *ibid. num 23.* Abbas *ibid. num. 7. X. de rescript.* Ita in terminis Doctor Marta *consil. 75. num. num. 1. & seqq.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 37. Regul. 2. n. 57.*

VII. *Septimo*; his ita absolutè peractis, ad inducendam Majorennitatem, non sufficiunt, ætatem esse probatam, sed adhuc sententia declaratoriâ opus est, quo Minor à judice pro Majore declaretur, ac bonorum administratio ei decernatur. *per text. in l. sed et si possessori. §. fin. juncta Gloss. in verb. probat. D. de jurej.* Bald. *in l. etiamsi patre. §. si hereditate. in fin. D. de minor.* Maurit. *tract. de restit. verb. minorib. num. 41.* Quos refert Dn. & Amicus m. David Męvius *ad Ius Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 7. num. 17* Unde Rex Theodoricus *rescripsit*: Nos quoque probabilibus desideriis licentiam non negamus: modò in foro competenti ea, quæ in his causis reverenda legum dictat antiquitas, solenniter actitentur. apud Cassiodor. *dict. epist 41. lib. 7.* Utcunque dessentiat Sforzia *Oddus. de restit. in integr. quæst 37 art. 38 per tot.* Hisce requisitis neglectis, veniæ ætatis concessio dicitur sub: & obreptitia, ac nullius effectus existit. *per l. omnes 2. §. fin. Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* Dec. *cons. 403. col. 2. quem* refert Roland. à Valle, *cons. 7. num. 97. vol. 3.* Petr. Rebuff. *tractat. de Regest. art. 1. Gloss. 1. num. 33. in fin. oper. tom. 2.* Quod enim ex falsa causa à Principe impetramus, illud omnem gratiam vel di-

dispensationem vitiat, Felyn. *in cap. quod super. X. de fid. Instrum.* Paris. *cons. 51. numero 28. & cons. 68. numero 214. & seq. vol. 4.* quos allegat & latiùs in terminis veniæ ætatis deducit Bartol. Bertazol. *consil. civil. 12. n. 30* Hoc tamen notandum est; Quod si venia ætatis concessa fuerit à Principe sine causæ cognitione, tunc gratiam hanc impetrans, narrata sua verificare debet coram judice, coram quo causam agit. *per d. l. 2.* ibi Gloss. Bart. Angel Salic. & alij *C. de his, qui ven. ætat.* Roland. à Valle. *cons. 7. num. 97. vol. 3.* Gomez. Leon *decis. 70.* Marta. *consil. dict. 75. n. 5.*

Præterea observandum est, quòd in plurimis Provincijs ætatis venia concedi non soleat, secundum formam & modum *in l. 2. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* præscriptum; Nam *in Cathalonia & Castilia Hispaniæ Regnis* ipse Princeps, seu ejus Cancellaria, totum negotium ætatis veniæ perficit, cognoscendo de moribus & ætate, mox concedendo veniam & bonorum administrationem Unde cum perfecta prodeat de manu Principis ætatis concessio, non est, quod alteri præsentetur ad ulteriorem perfectionem; Et hoc ita practicari tradit Anton. Gomez. *lib. 2. Var. Resolut. cap. 14. num. 12.* Joann. Petr. Fontanell. *de pact. nupt. Claus. 3. Gloss. 3. num. 65.* Ita intelligo ego quoque Mornac. *ad d. l. 2. Cod. d. tit.* quem refert. Anton. Perez *in Cod. eod. tit. num. 3.* Quod confirmatur quoque ex eis, quæ tradidit jam olim Azo *in summa Cod. dict. tit. num. 4.* Nec *Hollandiæ & Seelandiæ* moribus nimia hæc scrupulosa solennitas observatur. Siquidem is, qui veniam ætatis petit, Dominis ordinibus supplicem libellum porrigit, quem illi deinde Adolescentis minoris Magistratui tradi jubent: Hic accitis propinquis & Curatoribus minoris, in ejus mores & vitam inquirit, comperta rescribit Dominis Ordinibus, qui, communicatis cum Adolescentis Magistratu con-

consiliis, veniam ætatis aut dant, aut denegant, prout ex re Minoris esse arbitrati fuerunt, Simon Grœneweg. *de legib. in Holland. abrogat. ad l 2. ubi quoq;* Mornac. *C. de his, qui ven ætat. num. 6.* Alius quoque modus minorem declarandi majorem in civitatibus Anseaticis receptus, scilicet ubi Curatores ætatem minoris vicesimum fortè annum aut ultrà egressi, negotiis & discretioni suffectuiram rentur, quò imposterum, mercaturam vel alia negotia liberiùs exerceat, solent administrationem bonorum coram actis ipsi deferre & petere, ut à cura liberentur, ac ille major declaretur, Quod à Senatu prævia causæ cognitione, cùm usu & discretione probatum minorem reperit, non difficulter impetratur, Dn. & Amicus meus, David Mævius *ad jus Lubec. lib.* 1 *tit. 2. art. 7. num. 29. &* 30. Sed de illa specie aliquando disputatum fuit; Qui Curatorem habebat nondum declaratus major, ejus consensu accepit quasdam pecunias cum quibus negociationes palma exercuit, seque ut majorem gessit, non modo in foro ejusdem Civitatis, ut mercator versatus, sed etiam ad alia loca navigans, ibi cum exteris commercans, eò merces transferens, inde emptas reportans, cùm per ea negotia Hamburgi vina solvendo post sex menses precio emit, inde abiit in Livoniam, eadem vicissim vendidit, at minori longè atque paraverat precio, inde redux à venditore conventus opposuit minorennitatem, læsionem, non præstitum à curatoribus consensum, inde juxta per modum exceptionis restitutionem in integrum implorat, hinc generatim in disputationem venit, *utrum* minoribus postquam in forum veniunt, & commercia exercent, tanquam majores talium locorum publicè habentur atque se venditant, exceptiones imperfectę ętatis & alia beneficia adeoque restitutio in integrum permittenda sint?

sint? Quod *Neg.* 1. quia cùm minor se majorem dixit aut ostendit, vel talem se gerit restitutione non juvatur *l. 2. C. si min. se major.* multò minùs si per Curatoris consensum publicè pro tali haberi debuit. 2. Quia ita fieri, minorum in emporiis valde interest, qui ad exercitium mercaturæ ante perfectam ætatem nunquam pervenire possent, nemine cum iis commercari volente, si beneficiis ætatis adversus alios uti possent, ut in talibus attendendum sit, quod prudenter ab JCto scriptum *in l. quod si minor. 24. §. 1. ff. de minor. Non semper autem ea quæ cum minoribus geruntur rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda, ne magno incommodo hujus ætatis homines afficiantur nemine cum contrahente, ut quodammodo commercio eis interdicetur.* Quam propositam speciem ita enarrat & latè examinat Dn. & Amicus meus David Mævius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 2. articul. 7.* in Addition. *ad num. 30.*

# CAPUT VI.

## *De Vi & effectu quoad impetrandam Majorennitatem & minuendam pœnam.*

### SUMMARIA.

*I. Primus effectus impetratæ veniæ ætatis explicatur: acquisitio perfectæ ætatis.*

*II. Q. An Majorennis ex indulgentia in omnibus actibus pro majore censeatur?*

*III. Limitatur. 1. nisi statuto cautum, ut Minor natus 18. annos pro majore habeatur. 2. nisi Testatoris voluntas ex venia ætatis procedat.*

*IV. Asseritur: Majorem ex indulgentia in pœnalibus pro Majore non censeri.*

I.

VIS *& effectus* veniæ ætatis impetratæ consistit 1. in acquisitione Majorennitatis, seu perfectæ ætatis. 2. In administratione bonorum. *Primum effectum* quod attinet, Minor per legitimæ ætatis indulgentiam pro majore censetur. Tantum enim regulariter potest venia ætatis à Principe impetrata, quantum ætas 25. annorum *text. in l. fin. in pr. C. de sponsl. l. fin. in pr. C. de sponsl. l. si actor. 10. C. de Appellat.* Azo *in Summa Cod. de his qui ven. ætat. num. 5.* Anton. Gomez. *lib. 2. var. Resolut. cap. 14. num. 12.* Duaren. *in Comment. ad d. tit. Cod.* Diodor. Tulden. *in Cod. d. tit. num. 1.* Anton Perez. *eod. tit. num. 5. &* Doctores communiter. Unde Doctores tradunt, quòd inter ætatem legitimam à Principe ante 25. annum impetratam & ætatem justam à natura 25. anno concessam, in illis casibus, in quibus Civiliter factum, eundem effectum, quem naturaliter factum habet, planè nihil intersit; Ita originaliter Bart. *in l. 1. n. 2. C. de his qui, ven. ætat.* Alex. *cons. 2. num. 16. vers. præterea. lib. 1.* quos refert. Matth. Stephan. *de jurisd. l. 2. part. 1. Cap. 1. membr. 2. num. 139* Ernest. Cothman *cons. 44. num. 181. & seqq. vol. 1.* Besold. *in delib. lib. 1. fol. m. 79.* Jacob. Cancer. *lib. 1. Var. Resol. cap. 7. num* 15.

II. Quęritur autem; *an Majorennis ex indulgentia, in omnibus actibus pro majore censeatur?* Et quid *juris in causis testamentariis?* Veluti si cui legatum fuerit relictum sub hac forma, cum ad legitimam vel perfectam ætatem pervenerit? quem casum luculenter tractat Ulpian. *in l. cum. filio 50. D. de legat 3.* Et verius est, quòd hujusmodi Major, sub commento impetratæ veniæ ætatis, legatum antè 25. annum completum capere non possit. *per text. in l. fin. ibi.* cum legitimę ętatis mentione factâ, illa tantum ętas intelligatur, quæ 25. annorum curriculo constituitur,

non

non quę ab Imperiali beneficio ſuppletur, *C. de his, qui ven. ætat.* Siquidem in diſpoſitione hominum; verba naturali, non civili ſignificatione funguntur, prout loquitur, Bald. *ad d. l. ult. C. de his, qui ven. ætat.* & poſt eum Menoch. *conſ. 227. n. 49.* idem *lib. 4. præſ. 81. n. 19.* Barbos locupl. *l. 19 c. 8. axiom. 26.* quos allegat in hiſce terminis D. Joh. Brunnem. *Comment. in Cod. ad d. l. ult. C. de his, qui ven. ætat.* Cùm in teſtamentis proprietatē verborū ſequamur. Et hoc *p text. not. in l non aliter, 69. D. de legat. 3.* Ac in ſimplici ætatis appellatione, ætas tantùm perfecta, naturalis, non verò Civilis deſignatur. *p text. ſingul. in l. fin. D. de condit. & demon.* Azo. *in Summa Cod. dict. tit. n 6. in fin.* Sforz. Odd. *de Reſt. in integr. Quæſt. 23 n. 44.* Nam ante hanc 25. annorū ætatatem, virilem animi vigorem minor complere non ſolet, inquit Ulpian. *in l. 1. D. de minor.* Licet malitia interdū ætatem ſuppleat, & inchoata pubertas ſufficiat ad tutelam finiendam, vel nuptias contrahendas. Quemadmodum nec conditio liberorum adoptione adimpletur. *per l. ſi ita. 53. D. de legat.* Ita Anton. Gomez. *lib. 2. var. Reſolut cap. 14. n 12.* Franciſc. Duar. latè diſputans *in Comment. ad d. t. C. de ven. ætat. circa fin.* Matth. Stephan. *dict. cap. 1. membr. 2. n. 143.* Nicol. Betſ. *in tr. de pact. fam. illuſtr. cap. 7. fol. 275. & 276.* Paul. Mont. *de tutela cap. 37. Reg. 2. num. 60. ubi tradit*, Quod Major ex indulgentia Principis, pro majore non habeatur, ubi diſpoſitio requirit, ut perſona ſit legitimæ ętatis Diodor. Tulden. *in Cod. dict. tit. de his, qui ven. ætat. n. 3.* eleganter Anton. Perez. *in Cod. eod. tit. n 6.* Auguſt. Barboſa *ad l. 4. n. 2. C. de his, qui ven. ætat.* Qui plures more ſolito allegat.

III. Quod tamen pro *limitatione prima* diverſitatem juris habet, ſi ſtatuto caveatur, ut minor natus 18. annorum pro Majore habeatur, quo caſu major 18. annorùm hujuſmodi legatum vigore ſtatuti ceu favorabilis ca-

pere poteſt. Cùm Principis ſtatutum in territorio idem poſſit, quod Imperatoris lex, generaliter ſancita per Imperium, prout deciſum fuit, tradente Caſ. Damat. *lib. 3. deciſ* 19. quem refert. Diodor. Tulden. *dict. tit. Cod. num. 4.* Huc faciunt ea quoque, quæ de legitima ætate ſtatuto definita ſupra dicta ſunt. Quamvis generaliter comparando ſtatuti & veniæ ætatis effectus diſſentiat Sforz. Odd. *d. reſtit. Quæſt. 15. numero 78.* Bartol. Bertazol. *ad l. ſi quis major. 41. n. 202. & ſeqq Cod. de tranſact.* 11. *Limitatur* hæc quæſtio, Niſi etiam hoc actum ſit, ut ex venia ætatis id procedat, vel evidenter appareat, aliter Teſtatorem ſenſiſſe, ut dicitur *in l. ult. Cod. de his qui ven. ætat. & in l. non aliter* 69. *D de legat 3.* Franciſc. Duaren. *in Comment. dict. tit. Cod. de ven ætat.* Anton Perez. *in Cod eod. tit. ſub num. 6.*

IV. *Pœnalia quod attinet*, Major ex indulgentia Principis, ſi delictum committere contingat, pœnæ mitigationem ætatis minorennis prætextu, nihilominus petere poteſt. Quoniam Princeps ſuâ indulgentiâ maturitatem conſilii perfectam, quam tenera ætas Minoribus denegat, dare non poteſt; Cùm ætas minorennis, ipſâ dictante naturâ, propter fragile judicium ſit vitiorum incitamentum, quàm Horatius dixit:

*Ceream in vitium flecti:*

Ac ſubitò flexibilis ad meliora, Eventus enim docet in juventute, ſpem eſſe vitæ emendationis, Valer. Max. *lib. 6. cap. 9.* Quæ cauſa eſt, ut jureconſulti hanc ætatem mereri commiſerationem tradiderint *in l. auxilium 37. § 1. verſ. in delictis. D. de minor. l. 108. D. de Reg. Iur.* In qua haud tantus dolus, quantus in perfecta ætate requiritur, quemadmodum tradiderunt Sforz. Oddus *de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 80.* Fachin. *lib. 1. Controv. cap. 71.* Weſemb. *in pa-*

*rat.*

*rat. Dig. de sicar. num. 26.* Anton. Merend. *lib. 5. controv. cap. 15.* Dn. Harpprecht. *ad §. 5. Inst. de publ. Iudic. num. 391.* Diod. Tulden. *in C. tit. si adv. delict. n. 3.* Ita suprema Judicia decidere solent, teste Coras *in Senatus. Cons. 1 c. 77.* Petr. Caball. *lib. 2. variar. resol. cas. 134.* Bened. Carpz. *in Iurispr. forens. part. 4. constit. 17. num.* 11. Sic lex pœnalis loquens de Majore, locum non habet in Minore veniam ętatis adepto, ac ita pro majore repræsentato; quemadmodum dispositionem *leg. si quis major. 41. C. de transact.* in tali minore non obtinere, infert Cagnol. *ad dict. leg. si quis major 41. num. 40.* quem refert quoque Ofwald Hilliger. *in D. E. lib. 21. cap. 12. lit. Y. in not.* quod antè & ultrà allegatos tenuerunt Jaf. Riminald. & Alciat. *ad d. l. si quis major.* Dec. *cons. 258. col. 3.* Bart. Bartazol. *ad d. l. si quis major. 41. num. 201.* Pœnales enim casus sunt strictissimi juris nec extensionem admittunt per fictionem juris, *per cap. dispendia de rescript. in 6. est text. in l. si jus 31. D. de pœn. l. cum quidam D. d. liberis. & posthum.* Alex. *in l. 2. §. semper. in pr. D. de in jus vocando.* Roman. & Jafon. *in l. fin. D. eod. tit.* quos allegat in terminis præfatæ legis *si quis major. 41.* dictus Bertazol. *num. 15. & seqq. & num. 72.* Andr. Alciat. *de præsumpt. Reg. 3 præsumpt. ult. num. 5.* Petr. Gilken. *ad d. l. quis major. num 40.* Ac generaliter Doctores tradunt, quod minor qui ex forma statuti pro majore habetur, pro tali in pœnalibus non censeatur, nec statutum vires suas ad eundem extendat. Bart. *in l. si quis pro emptore. num. 33. D. de usu. cap* post Cagnol & al. latè disputando pro & contrà Bart. Bertazol. *ad d. l. si quis major. 41. num. 202. & seqq. C. de transact.*

# CAPUT VII.

## De Vi & effectu impetratæ ætatis veniæ, quoad Tutelam & obtinenda officia.

SUMMARIA.

*I. Afferitur: Majorum ex indulgentia posse in judicio peragere ea omnia quæ Major ex natura.*

*II. Q. An Major ex indulgentia possit immobilia in judicium deducere? N.*

*III. Q. An Princeps Imperij Minori veniam ætatis concedens, tutelam quoq; in fratres impuberes indulsisse censeatur? N.*

*IV. Afferitur ex jure: Minorem 25. annis nec ad honores nec ad officia publica aspirare posse. Quod confirmatur varijs effatis Doctorum.*

*V. Q. An Major ex indulgentia Principis simul ad honores & officia publica admittendus sit? N. & in contrarium varia testimonia afferuntur.*

*VI. Hinc infertur: maturitatem judicij absentem in minoribus per indulgentiam veniæ ætatis non suppleri.*

*VII. Concluditur: adolescentem ex indulgentia majorem officia publica capescere non posse.*

*VIII. Declaratur: nisi Princeps Majori ex indulgentia aliquod munus publicum proprio motu contulerit.*

I.

IN judicialibus actibus, Major ex Principis privilegio, omnia ea peragere potest ac si ætatem perfectam & legitimam attigisset; Unde legitimam personam standi in judicio habet, citatus in judicio comparere potest, appellationis seu provocationis litem suo nomine exercet. *text. in l. si actor. 10. C. de appellat. Gloss. in l. 2. C. qui leg. pers. stand. hab. in jud.* Bart. & Sali-

& Salicet *in l. eos 3. num. 2. C. de his qui ven. atat. impetr.* Joan Saison. *ad consuet. Turon. tit. 31. art. 1. verb. Iusques.* Ita Senatus Frisiæ censuit & definit apud Joan. à Sande *in Decis. Frisicis lib. 1. tit. 2. Defin.* 1. Similiter à Curatoris potestate ita liberatur, ut ab eo rationes coram judice exigere possit. *arg. l. rationes. C. de administr. tut. l. nisi finita §. fin. D. de tutel. & rat. distrah. junct. tot tit. Cod. de his qui ven. atat.* Monteros. *in prax. tit. 7. fol.* 121. quem allegat Joan. Parlodor. *rer. quotid. l. 1. cap. 12. num. 14.*

II. Quæsitum autem memini; *An minor post veniam atatis impetratam, possit ita esse in judicio, & rem in judicium deducere, cum controversia est de re immobili, seu de prædio, quam sine decreto alienare non potest?* ac hoc in casu, sc. ubi lis est de prædio vel possessione prædii, hujusmodi minor rem in judicium abque Curatore deducere nequit, per regulam generalem, quod is, qui rem al enare nequit, eandem quoque in judicium deducere non possit, *per text. in l. jusjurandum* 17. *§. si tutor. 2. ibi.* nam & alienare res & *ibi.* rem in judicium deducunt. *D. de jurejur.* ac ita judicatum fuisse attestatur Francisc. Duaren. *in Comment. ad tit. Cod. de his qui ven. atat.* Quod à Dd. pro cautela traditur, scilicet, si cum minore masculo ætatis veniam habenti lis sit de re immobili, pars seu adversarius minoris impetret à Judice, ut Curatorem accipiat, neque alio modo ad litem admittatur. Ita Parisiis adversus vice Dominum Carnutemsem (quem *Vidome de Chartes* vocant) hanc ætatis veniam impetratum 20. Julij, Anno 1546 declaratum & judicatum fuit, ut posset in judicio stare de illis rebus, in quibus haberer plenam administrationem, utpote in mobilibus & alijs decretum non requirentibus, secùs verò in alijs bonis in quibus necesse est, ut Curatorem adhibeat, ac si ætatis beneficium non haberet, tradente Petr. Rebuff. *de Regest. art. 1. Gloss. 1. num. 33. in fin. tom. 2. oper.*

*oper.* quem refert quoque Joann. Papon. *in Arrest. lib. 16. 2. Arrest* 3.

III. De fiduciaria fratrum tutela dubitatur; *An Princeps Imperij minori veniam ætatis concedens, tutelam quoq; in fratres impuberes indulsisse censeatur?* Quod communi Doctorum calculo negatur. Tum 1. quòd frater ad obtinendam fratris impuberis tutelam, bonorumve administrationem viginti quinque annos naturales habere debet; nec majorennitas fictitia seu Civilis sufficit in alienis rebus administrandis, cùm minor per veniam ætatis propria bona administrare tantum ex indulgentiâ Principis obtineat, quę ceu gratia specialis & privilegium quoad tertios strictè accipiendum est. *arg. §. item major. inst. de excusat. tutor. Accurs. ad tit. inst. de fiduc. tutel. ubi* Angel. *num. 2.* Port. *num. 4.* & Schneidew. *num. 4.* Tum 2. Quod hodie moribus Imperij, Tutores quoscunque specialiter & quidem superioris authoritate constituendos esse, appareat *ex Polit. Constit. Augustæ Vindelicorum de anno 1548.* promulgata, & ab Imperatore *Rudolpho II. in anno 1577* Francofurti revisa *in tit. 32.* Attamen hisce in casibus in quibus Minor speciali Decreto opus habet, non satis est, qnod veniam ætatis impetraverit *per text. in l. mulier. 2. §. 1. D. de confirm. tutor. ac per l. 2. §. 1. ibi, sine decreto. C. de his qui ven. ætat. ubi* Alber. de Rosat. *num. 1. quem* citat, Carol. Ruin. *consil. 426. ubi* hanc opinionem communem dicit, sub *num. 6. vol. 5.* Quos allegat in hisce terminis Ernest. *jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. num. 143. & seqq.* latè Besold. *in delib. lib. 1. fol. m. 82.* parcè Diodor. Tulden. *in Cod. dict. tit. de ven ætat. sub num. 3.*

IV. Præterea de jure communi certum & indubitatum est, qnod adolescens minor 25. annis nec ad honores,

uec

nec ad officia publica aspirare possit, Adeò ut ne quidem in Arbitrum eligi queat, secundum *l. cum lege. D. de recept. arbitr. l. ad rem publicam* 8. *D. de muner. l. fin. C. de his qui ven. ætat.* Unde Plato *in sua Republica scribit:* Non juvenem sed Senem esse oportet bonum judicem, qui seriò quale quid injustitiæ sit didicerit, tanquam qui non proprio eam in animo suo senserit, sed alienam, in alienis animis longo tempore noverit, atque idcirco ejusmodi sit, malum discernat. Plato *de Republ. lib.* Coras. *ad l. un. n. 13. D. de offic. Consul.* Menoch. *in Arbitrar. cas. 253. n. 5.* Imò ipsi Menochio non placeret Senator, si liberum ei permitteretur arbitrium, nisi quadraginta annorum, *Cas. 540 sub num. 13.* Qui hanc quæstionem *sub. num. 10.* latè & variè deducit. Chassanæus irascitur his, quos videt promoveri circa vigesimum ætatis annum. in Catalog. *glor. mund. part. 7. Consid 13.* Quòd latissimè suo more deducit ac variorum Regnorum moribus comprobat & illustrat, Don. Mastrill. *tract. de Magistrat. lib. 2. cap. 5. per tot.* Vide præterea hoc latè pro & contra deducentem Anton. Winter. *tr. de Assessore part. 1. cap. 5. n 24. & seq.* De ætate Senatoris Civici loquitur Philip. Knipschilt. *tract. de Civitat. Imper. lib. 2. cap. 8. num. 102.* Et Seniorum prærogativas quinquaginta, ex Tiraquel *de jure primog.* recenset idem Knipschilt *tract. de fideicomm famil. Nobil. cap 6. num. 300.* Ætas legitima quæ in eligendo *Archiepiscopo* requiritur, est excessus 30 annorum. Hermann. Hermes *in Fascicul. jur. publ. cap. 13 num. 13.* De ætate *Abbatis* idem scribit & deducit Ascan. Tamburin. *de jur Abbat. tom. 1. disput. 5. Quæst. 5. num 1. & per tot.* De ætate *Senatoriæ* dignitatis in Gallia & in Republica Veneta, & quidem ætate 25. exacta & completa, latissimè hoc & eruditè deducit Jan. Langlæ. *in Semestr. lib. 7. cap. 10. fol. m. 382. & 390.*

Viginti sex annos completos desiderat Bern. de la Roche Flavin. *in tract. de Parlament. Reg. Gall lib. 6. cap. 1. num. 2.* In cujuscunque Principis *Consiliario* ætatem trigesimum requirit Furius Ceriolan. *tract de Consiliar. cap. 3. §. 1.* Hippol. à Collib. *eod. tr. fol. m. 92.* Larisl. à Smirziz. *eod. tract. quæst. 13.* In obeundo *Cancellarij* officio, ambientem trigesimum annum habere debere, censet Herm. Kirchner. *in tract. de Offic. Cancell lib. 2. cap. 2. num. 10.* Nec minorem ætatem quàm triginta annorum ut habeat *Legatus* Principis, tradit Herm. Kirchn. *tract. de offic. Legat. lib. 1 c. 4. n. 54.*

V. Sed Dubium hoc loco oritur; *An Major. ex indulgentia Principis, simul ad honores & officia publica admittendus sit?* Respondeo *quod Non.* Nam ubicunque factum Civile personæ eundem scientiæ effectum attribuere nequit, quale factum naturale adfert, ibi minor viginti quinque annis (quamvis ex privilegio ætatis major) pro vero Majori censeri nequit. Quamvis enim Princeps Imperij suâ indulgentiâ ex Minore Majorem efficiat, tamen eandẽ scientiam attribuere nequit. Nam judex vel Magistratus jurisdictionem, aliosve actus publicos exercere debet, quæ sunt de natura officii publici. Atqui ad exercendã jurisdictionem, jure tam naturali quàm divino scientia & maturitas consilij desideratur; Audi Ecclesiastẽ *in c. 25.* Quàm speciosa Veteranis sapientia? & gloriosis & intellectus & consiliũ? Corona Senum, multa peritia. Et in *c. 8.* Non te prætereat narratio Senum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quoniã ab ipsis disces intellectum. Exod. *c. 18.* Ubi de omni Populo seu Plebe, Viri Sapientes. Vide Don. Mastrill. *dict. c. 5. n. 30. & seq.* Molin. *ad Consu. Par. l. 1. §. 29. n. 7.* Bern. de la Roche Flav. *in tr. de Parlam. gallicè conscripto lib. 6. c. 1. n. 1.* Ideò jure Canonico cautum est, ne ad Reipublicæ administrationem Minores 25. annis admittantur. *pe. decorũ X. de ætate & qualit. præficiend.* Ubi Barbosa & Canonistæ cõmuniter. Cui & mores & leges Romanæ prærive-

runt, nec viginti annis Minores ad subeunda Reipublicæ munera publica capaces esse decreverunt. Audi *Mecœnatē*, Octavianū Imperatorem adhortantem; ne ad Senatoriam dignitatem minores 25. annis eligeret; Quomodo enim (inquit) non esset turpe & damnosum, cùm nemini ante 25. ætatis annum bonorum suorum administratio concedatur, iis qui eam nondum attigerunt, Rempublicam credere? Dion. Cass. *histor. lib. 52.* Imò in veteri Romanorum Civitate *perhibente Plinio*, cautum erat Pompeja lege. Ne quis ad Senatum & Consilium accederet, adeò, ut ne quidem ullum magistratum attingeret, Qui minor annis triginta foret. Plinius *lib. 10. Epist.* 83. Idem Plinius ad Trajanum: Cautum est Domine, ne quis capiat Magistratum, neve sit in Senatu minor triginta annorum. Plinius *in Panegir. Trajan* Quod eruditè illustrat pro more Jan. Langlæ. *lib. 7. Semestr. cap. 10. fol. m. 383.* Juvenile enim vitium est, *ait Seneca* regere non posse Imperium. Seneca *in Troide.* Besold. *tr. de consil. Polit. cap. 2. num. 35.* Hinc Ulpianus respondit: Ad Rempublicam administrandam ante vicesimum quintum annum vel ad munera quæ non patrimonij sunt, vel honoris, admitti minores non oportet: Deniq; nec Decuriones creantur, vel creati suffragiū in Curia ferunt, *per l. ad Rempublicā 8. D. de muner. & honor. l. 1. & 6. D. de usucap.* Simili modo Papinianus, Minores viginti quoq; annorū Decuriones factos, sportulas Decurionū accipere, respondit: sed interim suffragiū inter cęteros ferre non posse. *in l. Spurij §. Minores, D. de Decurion.* Id quod in Supremis Regni *Galliæ* Parlamentis observari tradit & testatur Jan. Langlæ. *c.* 10 *f. m. 382.*

VI. Quæ cùm ita verè sint & dicantur, facillimè inferre & concludere licet, quod judicij defectus & mentis maturitas per simplicē & generalem ætatis veniæ concessionem non suppleatur, cùm hic defectus sit naturalis, quem

per Principis ętatis indulgentiam ſimpliciter conceſſam conſummatam eſſe non cenſetur. Præſertim cùm ætatis indulgentia tantum propriam Impetrantis perſonam, ejuſvè adminiſtrationem bonorum, non verò aliorum regimen concernat. In ijs verò quæ tertij incommodum concernunt, Principes in conceſſione quàm difficiles eſſe ſolent. *arg. l.* 1. *§. meritò D. ne quid in loc. publ. l.* 2. *&* 3. *C. de precibus Imper. offer.* Petr. Heig. *apud* Klock. 1 *conſil.* 51. *num.* 163. Præterquam quod præſumptio ſit naturalis contra Minorem, ut non ſciat bene regere & gubernare. *arg. l.* 1. *& l.* 3. *§. Si quis D. de minor. l.* 1. *C. qui & adverſ. quoſ.* Menoch *de præſumpt. lib.* 3. *cap.* 82. *num.* 2. *& ſeq.* Ideò Scriptum eſt: Nemo Juvenes eligit Duces; quoniam conſtat, eos non eſſe prudentes. Sicuti Sapientiſſimus Rex Salomon: licet tria *dicat* eſſe difficilia, fatetur tamen, quartũ penitus ignorare; Scilicet viam juvenis in adoleſcentia. Ac Dominus comminans ſupplicium perverſis Regionibus ait: *Dabo pueros Principes eorum.* Eſai. *cap.* 9 ac alibi: Væ terræ cujus Rex puer eſt. Eccleſ. *cap.* 20. V. Joan. Zeschlin. *tract. de tutela Elector. cap.* 8. *n.* 890. *& ſeq.*

VII. Proinde Adoleſcens qui ex indulgentia Major eſt, honores aliave munera publica capeſſere non poteſt, ſed ad ea ſpeciali Imperiali oraculo indiget, idque à Principe ſpecialiter impetrandum erit, ſecundum *Gloſſ. in l. omnes* 2. *in pr. verb. indigere.* Ita Alvar. Suarez in terminis *allegat.* 12. *num.* 6. *&* 7. Franc. de Chaldas. *ad l. ſi Curator verb. Hunc contractum. num.* 45. *C. de reſtitut. in integr.* Anton. de Padilla *ad l. ſi quis major. num.* 7. *C. de tranſact.* Guttierez. *tract. de tutel. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 2. Montan. *eod. tract. cap.* 37. *Regul.* 2. *num.* 59. Ac quod Majores ex indulgentia ad honorès adſpirare non poſſint, nec munera publica ſubeant, niſi hoc ſpecialiter à Principe impetratum

tum fuerit, tradit August. Barbosa *ad l omnes, 2. num. 6. & 7. C de his, qui ven. atat.* Idque in obtinenda & subeunda SenatoriaGalliæ dignitate ita observari tradit, Jan. Langlæ. in Semestrib. *dict. lib. 7. cap. 10. fol. m* 390. quo confer tradita à Bernhard. de la Roche Flavin. *in tract. absolut. de Parlament. lib. 6. cap. 7. num. 3.* Dissentientium rationes collige ex Joan. Coras *ad l. 2. D. de origin. jur.* ac ex Anton. Winther. *dict. tract. de Assessore part.* 1. *cap. 5. n. 24. & seqq.*

VIII. *Declaratur* hæc resolutio eatenus; Nisi Princeps Imperij Minori 25. annis, ast propter ætatis indulgentiam Majori, aliquod munus publicum ex certa scientia, & proprio motu contulerit, eumve ad aliquam dignitatem promoverit, Quo casu talis Adolescens minorennis ætate naturali, pro idoneo ad officium subeundum habetur; etsi in ipso rescripto non facta fuisset mentio expressa ipsius ætatis, *per text. in l. quidam consulebant. §. fin.* ubi *Doct. D. de re judicat.* Alvar. Suarez. *in dict. allegat.* 12. *num.* 24. Quoniam hac collatione, Principem de ætate dispensasse censetur, quamvis de ea nihil expressum fuerit. secund. Bart. & Alex. *in d. l. consulebant, per text. bonum in l. 1 D. de offic. Consul. in verbis:* Principem enim qui ei Magistratum detulit, omnia gerere decrevisse, præsumitur latè Cravetta *Conf. 958. n. 13. vol. 5.* Joan. Bapt. Costa *de fact. scientia. inspect. 69. n. 16.* Don Mastrill. *dict. lib. 2. cap. 5. num. 58.* ubi plures allegat. Quam officij publici concessionem Galli tacitam dispensationem (*dispence d' aage tacite*) vocant, eave diversimodè practicari optimè tradit præcitatus De la Roche *in dict. tract. lib. 6. cap. 1. num. 4.*

# CAPUT VIII.

## De Vi & effectu impetratæ ætatis veniæ, quoad Contractus & Bonorum administrationem.

### Summaria.

I. *Præcipuus effectus impetratæ veniæ ætatis exprimitur: liberatio à Curatione, & libera Bonorum administratio.*

II. *Idem ulterius explicatur & confirmatur rationibus ac testimonijs variorum.*

III. *Q. An si natus viginti annorum à Civitatis statuto pro majore censeatur, exinde restitutionis quoq; beneficium restrictum & exclusum censeatur?*

IV. *Limitatur. 1. ut Minor ætatis veniam consecutus bona sua immobilia absq; decreto Iudicis alienare non possit.*

V. *Quod 2. extenditur ad constitutionem hypthecæ. 3. ad fidejussionem. 4. ad donationem.*

I.



*Orrò præcipuus effectus* impetratæ veniæ ætatis versatur circa *contractus & bonorum administrationem.* Minores enim hâc indulgentiâ à Curatione liberantur: Et liberam rerum suarũ administrationem, perinde ac si majores essent, suscipiunt, ita ut cum quovis, sicuti Major 25. annis possint contrahere. *per l. 2. in pr. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Johann. Brunnem. *Comment. in Codic. ad hanc l. 2.* Seu, ut loquitur Imperator *Constantinus*, in alienatione prædiorum, jus tantùm ætatis obtinebunt, quantum per annorum dimensiones & temporum leges, & natura singulis quibusque deferre consuevit, *per l. un. Cod. Theodos. de his*

*qui ven. ætat.* Azo *in Summa Cod dict. tit. de ætat. ven. n. 6.* Anton. Gomez 2. *Variar. Resol. cap 14. num 12. in pr.* Duaren. *in Comment. tit. Cod. de his qui ven. ætat. circ. med.* Petr. Rebuff. *tract. de Regest. seu libr. Baptism. art. 1. Gloss. 1. n. 33.* Nicol. Betſ. *de pact. fam. illustr cap. 7. fol. m. 274.* Ac de fidejuſſione loquens Flamin. Chartar. *decis. Rota Genuens. 64. n. 1.* Etenim illa ętatis venia, non tantum eos respicit, quibus concessa, sed omnes illos in genere, qui contracturi sunt, quive aliâs citra Principale rescriptum, quod viderunt, nunquam cum minore contraxissent; Cautius enim contrahi non poteſt, quàm authore Principe. Anton. Perez. *in Cod. dict. tit. num. 5.*

II. Et hoc non tantum in venditione, sed etiam in *Locatione* obtinet, adeò quidem, ut locatio à Tutore facta per veniam ætatis à Minore obtentam resolvetur, prout decisum fuit in Gallia, teste Charond *lib. 3. Respons. cap. 14.* referente Joan. Papon *in arrest. lib. 16. tit. 2. arrest. 3. in appendic* Quod adeò verum eſt, ut etiamſi Minor veniam ætatis conſecutus, minus idoneè rem ſuam adminiſtraverit, tamen lęſionis prætextu in integrum reſtitutionis auxilium implorare minime poſſit, Quod paucis hiſcè verbis congeſſit *Lipskius*? Impetrantes (*ait:*) veniam ætatis non egent amplius Curatore; Poſſunt agere & conveniri ſine Curatore: & ſi lædantur in contrahendo non poſſunt petere reſtitutionem in integrum Andr. Lipsk. Epiſcop. Cracovienſ. *obſerv. Iur. cent. 2 Obſerv. 10. num* 7. *Tum* quia per impetratam ętatis veniam, nihil cum minore, ſed omnia cum majore geſta eſſe cenſentur *argument. l. Si actor. 10. Cod. de appellat.* *Tum* ne quis Principali authoritate circumſcribatur, ſeu ſub fide publica decipiatur, *De quo eſt text. in l. 1. ibi*

Prin-

Principali authoritate *C. de his qui ven. ætat. ac l. 3. in princ. D. de minorib. Est* similis textus *in l. ea quæ. 5. in pr. Cod. de tempor. in integr. restit.* Non solet enim Princeps contra suam sententiam facile agere, *per text. in l. minor. 18. §. 1 D. de minor* Br. Bald. Castr. & omnes *DD. ad d. l. 1 C. de his qui ven. ætat.* Duaren. *in Comment. ad dict. tit. Cod.* Gomez. *dict. cap. 14. num. 12.* Petr Rebuff. *d. tract. de Regest. art. 1. Gloss. 1. sub num. 33.* Renat. Choppin. *tract. de morib. Paris. lib. 3. tit. 7. sub n.* 13. ubi varia præjudicia Parlamenti Gallicani refert. Jacob. Cancer. *lib. 1. variar. Resol. cap. 7. num. 15.* Francisc. de Caldas. *ad l. si Curatorem. verb. implorare. num. 22. & 47.* Maurit. *de restitut. cap. 225. num. 3.* Hilliger. *in D. E. lib. 21. cap. 12. lit. Z.* Dn. Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 134.* Besold. *in delib. lib. 1. fol. 79.* Anton. Perez. *in Cod. dict. titul. de ven. ætat. numero 5.* Quod latè pro & contra cum amplitionibus & limitationibns disputat. Sforz. Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæst. 23. art. 9. & 11. per tot.* Nam is qui veniam ætatis quærit, minor nascendo grandævus cupit esse consilio, ac quod in humanis rebus audacissimum est, ad erroris auxilium beneficium contemnit annorum, cum sibi firma ratio prudentiæ esse videatur, ut eleganter scribit Cassiod. Variar. *lib. 7. Epist.* 41 seu magis Imperator Theodoricus *in constit. art. 195.* apud Goldast. *tom. 3. Constit. Imp. fol. m. 90.* Quod tamen Parisiorum moribus *art. 272.* ita attemperatum est, ut is, qui Beneficium ætatis impetravit, liberam disponendi facultatem acquirat tantum quoad Bona Mobilia *qui puisse disposer de ses meubles*, teste Claud. Guerin. *ad Ius Civil. Paris. art. 272.* Nam Moventia sua liberrimè moderare & donare potest, secundum Renat. Choppin. *de morib. Paris. lib. 2. tit. 3. n. 2.* Notandum verò, quod si Minor læsus fuerit, post impetrationem ætatis veniæ à Principe, ante

ante intimationem tamen, & verificationem Judici factam, eundem restitutionis jure adhuc gaudere, quia Rescriptum non verificatum (& ut Romani dicunt *non fulminatum,* seu more Gallico, *non interinatum*) nil prodest, neque ligat. Petr. Rebuff. *in tr. de Regest. art.* 1 *gloss.* 1. *n.* 33. *in f. oper. tom.* 2. Paul. Montan. *de tutela; cap.* 37. *Reg.* 2. *n.* 40.

III. Ex eo, quod ætatis veniæ rescriptum restitutionis integri beneficium excludit; Dubium in statuto oritur; Quid juris, *si natus viginti annorum à Civitatis statuto majore censeatur, an exinde restitutionis quoq; beneficium restrictũ & exclusum censeatur?* Ecquidē hęc anticipata, & repręsentata major ætas, sive ex cōsuetudine, sive ex statuto, non impedit quo minus restitutio integri competat, si ante exactũ 25. annum contrahendo vel agendo quispiam lædatur; *Tum* 1. quòd aliud sit majorē esse, aliud pro majore reputari ac haberi. Br. *in l. si maritus, §. legis Iuliæ. D. ad Iul de adult.* Bl. *in l. sive possideteis, n.* 2. *Cod. de probat.* Ut veritas, non fictio restitutionis integri beneficiũ excludat. *Tum* 2. quod sub generali dispositione restitutio prohibita non censeatur, nisi specialis constitutio hanc vetet; post plures Sforzia Oddus *de restit. quæst.* 15. *art.* 6. *&* 7. *per tot.* Ita originaliter Gloss. *in l. un. Cod. si de moment. poss.* Bl. *in l. exigendi. Cod. de procurat.* Roman. *cons.* 90. Didac. Covarruv. *lib.* 1. *variar. Resol. cap.* 5. *n.* 8. Boer. *Decis.* 350. *n.* 4. Qui de communi attestatur. Borgnin. Cavalc. *decis.* 65. *num.* 91. *p.* 2. *ac Tr. de tutor. num.* 99. *Tum* tertiò, quòd per statutum vel consuetudinem restitutionis favor non perdatur *arg. l. si Ruffinus. Cod. de test. milit*; Ita eleganter in terminis Joan. Saison. *ad consuet. Turon. tit.* 31. *art.* 1 *Verb. Iusques.* Vide tamen distinguendo hanc opinionem benè declarantes Sforz. Odd. *d. tract. quæst.* 15. *art.* 9. *per tot.* Wames. *cons. civ,* 26. *latè num.* 17. Paschal. *de Patria Pot. part.* 2. *cap.* 1. ubi eleganter *n.* 105. acutè Diodor. Tulden.

*in Cod. de ven. ætat. n. 5.* Menoch. *conf. 478. n. 05. & seqq.* Ita in terminis statuti Mediolanensis habilitantis pro majore eum qui vicesimum annum adimpleverit, tradit post alios Horat. Carpan *ad Statut. Mediolan cap. 452. num. 30.* Barbosa *ad l. 3. n. 3. C. de his qui ven. ætat.* Francisc de Caldas. *tract. de restitut. verb. Implorare, num. 48. fol. m. 223.* Qui addit *limitationem:* Nisi ætatis venia concessa sit, ac Minor habilitatus fuerit in omnibus & quoad omnia *sub num. 49.*

IV. Hæc tamen libera bonorum administratio ab Imperatore eatenus restricta est, ut Minor ætatis veniam consecutus *bona sua immobilia absq;, decreto judicis alienare non possit,* quâ in parte perindè sunt minores, ac si ætatis veniam non impetrassent. *per text. in l. omnes. 2. §. 1. ibi, sine decr. non alienentur. ubi* Br. Castrens. Salic. & Dd communiter *cum l. seq. C. de his qui ven. ætat. impetr* & ibi Joh. Brunnem. *Comment. in Codic. l. fin. C. si major. fact. alien. l. un in f. Theodos. eod. tit.* Ad quem modum Imperator *Theodoricus* in Formula veniæ ætatis hanc clausulam adposuit: Ita tamen, ut in alienandis Rusticis vel Urbanis prædijs constitutionum servetur auctoriras, apud Cassiodor. *lib. 7. Rescript.* 41. Socin *conf. 130. num. 3. vol.* 1. Decius *consil. 39. col.* 2. Fabián. de Monte *tract. de Emptione vendit. quæst. princip. 3. in fin.* ac plures, quos allegat. Octav. Simoncell. *tract. de decret. min. lib. 3. tit. 8. Inspect. 3. num. 23.* Quòd in terminis Minoris qui ex statuto pro majore habetur, tradit Horat. Carpan. *dict. tract. 452. n. 28.* Et de hoc nullum est dubium propter claros juris textus, Anton. Perez. *in Cod dict. tit. de ætat. ven. n. 5.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. num. 42.* Gomez. *2. Var. Resol. cap. 14. n.* 12. Menoch. *conf. 478. n 75.* Idque in praxi & Judiciis observari solet, teste Renar. Choppin. *de doman.* Francia *lib. 3. tit. 19. n. 12. ac de Paris. morib. lib. 2. tit. 3, num* 2. Joan. Papon. *in arrest. lib. 16. tit. 2. arrest. 1. & 3.* Unde usu quoque *Gallorum* clausula solen-

ſolennis in concipiendis ejuſmodi Codicillis venialibus adjicitur: *à la charge de n'aliener les immeubles.* Forner. *in not. ad Caſſiod. epiſt. 41. lit. B. lib. 7.* Saiſon. *ad Conſuet Turon. tit. 31. art. 1. verſ. Juſques.* Flamin Charter. *deciſ. Rot. Genuenſ. 64. n. 2. in fin.* Proinde valde conqueritur de ſuis Polonis *Andr. Lipskius de Lipe Epiſcopus Cracovienſis.* Quod Conſtitutio Imperatoris Juſtiniani *in d. l. 2 C. de his qui qui ven. ætat.* in Polonia non exactè & ſtrictè obſervetur, multisve querelis exinde cauſam dent; Dum ſcribit: Optarem equidem, ut ex hoc elegantiſſimo Juſtiniani Imperatoris Reſcripto, ad Summulam adjudicationis annorum nonnulla adderentur; Ne videlicet homines paſſim conqueri opporterent, quaſi hâc occaſione Adoleſcentibus patrimonium prodigendi, ſe ſuaque, perdendi via & occaſio præbeatur. Andr. Lipskius *Obſerv. Pract. cent 2. obſerv. 10. ſub n. 8.* Hujus juris rationem allegat Imperator Theodoricus Gothorum Rex apud Caſſiodorum; Ne cum opinioni præſtare volumus, publicam utilitatem lædere videamur, In Conſtitutionibus *art. 195. apud Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imp. fol. 90.* quæ refert quoque Cujac. *in parat. Cod. dict. tit.* ac Nicol. Betſ. *de pact. famil. illuſtr. cap. 7. fol. 275* Quam conſtitutionem reperit quoque Limnæus *lib. 2. Jur. Publ. cap. 9. num. 151.* Conſentit Fürſtl. Würtemberg Land-Recht *part. 2. tit. 27. fol 314.*

V. Ac quod in bonorum alienatione dictum eſt, illud quoque ob paritatem rationis ad hypothecæ conſtitutionem extenditur. *per text. in l. eos. 3. ubi* Paul. de Caſtro. Salyceт Joh Brunnem. & omnes Doct. *Cod de his qui ven. ætat. impetr.* Socin *conſil. 39 n. 56.* Rimald. Jun. *conſ 5. n. 188. vol. 2.* Quos allegat in terminis Flamin. Chartar. *deciſ. 64. numero 2.* Idem Joan. Papon. *de arreſt. lib. 16. tit. 2. arreſt. 3.* parce utpote propter jus dubitatione carens Duaren. *in Comment. d. t. Cod. de ven. ætat.* Anton. Perez.

*eod. titul. num.* 5. ſed hoc latè & eleganter quoad parilitatem juris examinat Oct. Simoncell. *tract. de Decret. minor. lib. 2. tit.* 5 *inſpect.* 3. *num.* 23. *& ſeqq.* Neguſant *de pign. pact.* 2. *membr.* 1. *num.* 3. Et hoc Belgarum moribus introductum, eſſe atteſtatur Chriſtinæ *ad C onſuet. Mechlin. tit.* 19. *art.* 28. Simon à Grœneweg. *de legib. in Holland. abrogat. ad l.* 3. *C de his qui ven. atat.* Id que per hanc rationem: Quoniam per Hypothecæ conſtitutionem devenitur tandem ad rei diſtractionem & poſſeſſionis translationem, non ſecuta ſcilicet ſolutione. Prohibito enim aliquo, cenſetur quoque prohibitum, per quod ad illud pervenitur. *l. Oratio* 16. *D. de Sponſal.* Menoch *conſ.* 116. *num.* 16. Decian. *reſponſ.* 76. *num fin. vol.* 2. Exinde infertur ulterius, quod ſi minor ætatis veniam impetratus pro alio *fidejuſſit*, ac ſimul omnia bona expreſsè hypothecavit, minor perſonali quidem actione tenetur, non autem quo ad bona, quæ hypothecari non potuerunt, Quemadmodum Rota Genuenſis decidit apud Flamin. Chartar. *decis.* 64. *per tot.* Ac quod Minor habilitatus ad contrahendum ſive per ſtatutum, ſive per Reſcriptum veniale, poſt ætatem viceſimam, non poteſt donare abſque, Decreto, notat in ſpecie Socin. *conſ.* 130. *num.* 1. *ac conſil.* 135. *vol.* 2. ita reſpondit pro Marchioniſſa Iſabella Gonzaga Doctor Marta *conſ.* 178. *n.* 8. Idem Horat. Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 452. *num.* 29. Quamvis alij tradant, quod ætatis beneficium habens, poſſit, mobilia pretioſa donare. Renat. Choppin. *ad Conſuet. Pariſ. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 2.

# CAPUT IX.

## Continet varias Quæstiones, ad materiam veniæ ætatis pertinentes.

### SUMMARIA.

I. Q. An Major ex indulgentia Principis, absq; decreto Prætoris alienans bona immobilia, si per quinquennium tacuerit, roboret & confirmet contractum, adeò ut beneficium quoq; restitutionis amisisse censeatur? Aff. & probatur.

II. Limitatur. 1. si minor dolo adversarij vero circumventus fuerit. 2. si constet minorem factum majorem, non habuisse notitiam læsionis & præjudicij.

III. Q. An, si Major ex beneficio ætatis alienationem bonorum immobilium absq; decreto factam, post adimpletum vicesimum quintum annum ratificet, contractus convalidetur ex Nunc, an verò ex Tunc? Aff. prius.

IV. Additur cautela, ut Majori ex indulgentia tempore alienationis Curator detur.

V. Q. An minor veniam ætatis à Principe territorii obtinens cum clausula Generali, etiam quoad alienationem bonorum, habilitetur quoq; quoad bona extra territorium Principis sita? N. & duplex declaratio adhibetur.

VI. Diversitas effectuum veniæ ætatis circa administrationem Bonorum intimatur, & quatuor eorum genera exprimuntur.

VII. Q. An qui vigore statuti breviori tempore à Curatela liberatus, bona immobilia alienare possit? N.

VIII. Additur declaratio; & ulterius quæritur: An Majori 20. annis alienanti bona immobilia, mediante Iudicis decreto, detur restitutio in integrum, tanquam Minori 25. annis? Aff. adhibita tamen limitatione.

IX. Q. An minori pœnitenti, quod ætatem anticipatam impetraverit, contra ipsam venia ætatis impetrationem à Principe

*Imperij restitutio integri conceдatur? Aff. præmissa tamen magna huius concessionis difficultate*

*X. Declaratur hæc sententia, & observationes quædam adhibentur.*

I.



Q Uæritur; *An Major ex indulgentiæ Principis absq; Decreto Prætoris alienans bona immobilia si per quinquennium tacuerit, roboret & confirmet contractum, adeò ut beneficium quoq; restitutionis amisisse censeatur?* Quod affirmamus. Siquidem ratificatio Minoris in ætate perfecta nunc constituti, reconciliat contractũ in minori ætate celebratum & ipsum reddit efficacem & inexpugnabilem, *per text. in l. fin. C. Si major. fact. rat. hab.* Capic. *decis 2.* Menoch. *remed. recuper. 15. num. 143. & 148 ac in consil 13. num. 104.* Simoncell. *tractat. de Decret. min. lib. 3. tit. 9. inspect. 2. num. 26.* Montan. *de tutel. cap. 33. num. 556. Caldas ad l. Si Curatorem. numero 21 fol. m. 496. de restit. & alij* relati ab August. Barbosa *ad l. 2. n. 8. C. si major. fact.* Joann. Baptist. Costa. *tract. de facti scient. vel ignor. cont. 2 distinct. 59 num 2* Et hoc *ampliando* verum est, sive ratificatio hæc fiat verbis expressis, sive per *taciturnitatem*, quinquennij sive ipso facto. D. Johann. Brunnemann. *Comment. in Codic. ad l. fine decreto. 2. Si major fact. alienat.* ubi ex hac lege colligit triplicem jam dictum modum, quo convalidatur alienatio sine decretò facta 1. Ratificationem hominis quæ fit per verba. 2. Quę fit per facta, ut si solvat vel recipiat solutionem *l. 7 §. fin ff. ad Macedon.* 3 Modus est ratificatio tacita, per certum tempus, quę fit à lege. Cavalcan. *de Curat. n. 75.* Sforzia Oddus *de restit part. 1. quæst. 15 act. 5. n. 39.* Paul. Mont. in Herede minoris hoc afferens *in tr. de tut. c. 33. à n. 516. & seq.* Et ita decisum fuisse in Senatu Dolano, in casu, quo

Mi-

Minor annuos reditus constituit, ac Major factus per quinquennium. Creditori annuum censum absq; ulla contradictione solvit, tradit Joann. Grivell. *decis. Dolan. 14 n. 62. & seqq.* Qui contrarijs rationibus simul respondet. Idem dicendum esse in his qui hereditatem diviserunt, & ultra quinquennium tacuerunt, respondit Doctor Marta *in cons. 158. num. 15. & 16.* Nam textum *in l. final. C. si major. fact. alienat. fact* non tantum de venditione, sed de aliis etiam gestis intelligendum esse prolixè probat Carpzov. *lib. 5. Resp 76.* quem allegat. D. Jonhan. Brunnemann. *in Comment. in Cod. ad d. l. fin.*

II. *Limitatur* autem præfata Quæstio 1. Si Minor *Dolo* adversarij læsus & circumventus fuerit, & quidem dolo vero, non præsumpto; Quo elapso quoque quinquennio Beneficium restitutionis, Minori jam facto Majore non denegatur. *per text in l. 1. ibi : facta sine dolo divisio est. C. si major factus l. 3. §. 1. ibi. Sed* si probaret calliditate adversarij *D. de minor. 25. ann.* Menoch. *dict. remed 15. num. 132. & seqq.* Roland. à Valle *consil. 70 num. 42. lib. 4.* Maurit. *de restit. in integr. cap. 312.* Alias limitationes & declarationes affert. August. Barbosa *ad l. 2 num. 5. & 6 C. Si major. fact. rat.* Stephan. Gratian. *discept. forens. 513. num. 12 26. & seqq.* *Limitatur* 2 hæc quæstio; Si constet Minorem factum Majorem, non habuisse notitiam læsionis & præjudicij; Quo casu & si Major per quinquennium tacuerit, non impeditur tamen petere restitutionem in integrum. Quoniam ignorantia impedit tacitam ratificationem. Natta *cons. 162. num. 33* Ruin. *cons. 63. n. 23. vol. 1.* Johan. Brunnemann. *Comment. in Codic. ad l 1. & 2. in fin. si major factus rat. hab.* Quod inter communes conclusione reponit Ant. Gabr. *tit. de Minor. concl. 4. n 1.* Idq; in supremis Tribunalib⁹ receptū esse, attestatur Cacher *dec. 179.*

sicu-

Sicuti pro *Marchionissa Isabella Gonzaga* respondit latè Marta *consil* 178 *num.* 24. *& seq.*

III. Sed alia insuper insurgit *Quæstio*; Si Major ex beneficio ætatis alienationem Bonorum immobilium, absque decreto & consequenter nulliter factam, post adimpletum vicesimũ quintum annum ratificet; *An Contractus convalidetur ex Nunc, an verò ex Tunc; Adeoq; retro validus sit?* Ac quod contractus & ipsa alienatio non ex Tunc sed tantum ex Nunc, id est, attendendo solum tempus Ratificationis sustineatur, sic novus contractus sit & dicatur, tradit Bartol. *in l. Observare Oppos.* 1. *num.* 4. *D. de offic. Proc.*. Bald. *in l. fin. in pr. C. ad Sc. Maced.* Natta *cons.* 262. *num.* 10. Osasch. Cacheran. *decis.* 119 *numero* 76. Quos & ego sequor. Et quidem per hanc *rationem?* Quoniam primus Contractus, absque Decreto peractus est nullus. Quamvis confirmatio postmodum subsecuta sit valida. Cùm habilitas Extremorum non concurrat; scilicet à quò & ad quem; adeò ut ratihabitioni locus esse possit. Licet enim concurrat habilitas ad quem, deficit tamen illa à quo, adeò ut successivè fictio dari non possit; secundum tradita Bartol. *in l. nec utilem D. ex quib. caus. maj.* Pequera *decis.* 48. *num.* 12. Unde Doctores dicunt, quod si actus, qui ratificatione confirmatur, erat ab initio omninò nullus, ratihabitione non retrotrahatur, sed actum confirmet *ut Nunc.* Bart. & Butrigar. *in l. observare. n.* 4. *D. de offic. proconsul.* Alexander *consil.* 78 *n.* 18 *in fin. vol.* 5. Surd. *decis.* 70. *num.* 16. *&* 22. quod latè deducit Joan Baptist. Costa *tr. de Retrotract. cap.* 18. *cas.* 4. *& 5. per tot.* Ad hunc modum in simili tradunt Doctores; quod quando sententia est nulla, & confirmatur in meritis, censetur una tantum sententia, quæ est illa, quæ confirmat me-

merita, & prima sententia in totum corruit, ac confirmatio valet ut ex Nunc, non ut ex Tunc. *arg. l. furti D. de his qui notant. infam.* Anton. Thessaur. *decis. 228. n. 1.* Cavalcan. *decis. 25. num* 21. *part.* 1. Ita in terminis Alexand. *consil. 117. vol. 4.* Cephal. *cons. 51. num. 43. vol.* 1. Alexand. Trentacinq. 2. *Var. Resol. tit. de Minor. Resol. 10. n. 2.* Et hanc quæstionem scitu valde dignam esse, ratione damnorum & interesse, nec non ratione Hypothecæ, alijs medio tempore quæsitæ, tradit Surdus *decis* 245. *per tot.* Qui in Senatu Mantuano in decisum fuisse asserit. Choppin. *ad mores Paris lib. 2. tit. 3. num.* 3. Joann. Baptist. Hodierna *decis. ad Surd. 70. num. 1 & seqq.* Qvamvis dissentiat post alios apud Tentacenquium Anton. Thessaur. *decis. 7. num. 2.* Gail. 1. *Observ. 7. num. 5.*

IV. Ideò *pro cautela* tradunt Doctores; ut minori ætatis privilegium habenti, tempore alienationis propter processum decretum & disquisitionem Curator detur, quo actus majorem validitatem assequatur, notante Joan. Papon. *d. arrest lib.* 16. *tit.* 2. *arrest.* 3. Aliàs contra alienationem majoris ex privilegio Principis, Restitutio in integrum ad instantiam ipsius alienatoris conceditur, post Cyn. *in l.* 3 *Cod. de his qui ven. ætat.* Bart. Bertazoll. *cons. civ.* 12. *n.* 11. *Aliam Cautelam ex jure Polonico* suggerit Andreas Lipskius; Quod Senatus in adjudicatione annorum aut veniæ ætatis concessione, Curatores simul Adolescentibus ex gratia majoribus assignare solea; Illos scilicet, quos ipsi sibi elegerint; sine quibus, ij nec in judicio comparere, nec bona immobilia alienare possunt. Andr. Lipsk. *Observ. Pract. cent. 2. Observ.* 10. *num. 9. &* 11.

V. Dubitatur autem hîc; *An minor veniam ætatis à Principe territorij obtinens cum clausula generali etiam quoad alienationem bonorum, habilitetur quoq; quoad bona extra territorium Principis sita?* Negat hoc latè Br. *in l. 1. C. de Sum.*

*Trinit. post pl.* quos allegat Bart. Bertazzol. *conf. civ.* 12. *n.* 22 *& seqq.* Quæ usque huc dicta notabilem Declarationem recipiunt, 1 in casu, quo Princeps ætatis veniam concedendo, ex plenitudine potestatis specialiter quoque rerum immobilium alienationem concessit, ibi enim decreto haud opus est; *per text. in l. 2. ubi* etiam Salycet, *Cod quand. decreto opus non est.* Gloss. *in l. pen. verb alienatione Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* Siquidem omne id, quod à Principe statuitur, Decretum est & vim decreti habet *l. jus autem. D. de justitia & jur.* Roland à Valle *conf 3 n. 86. col. 3.* Cephal. *conf. 207. n. 82. & seq.* Riminald Jun. *conf. 5. num. 206 & seqq.* Surd. *decis 268. num. 23.* Ac qui licentiam habet alienandi, eâ uti potest liberè & sine aliqua limitatione. *§. nobis igitur.* ubi Angel. in Auth. *de restit. fideicommis.* post Crot. Bero. Natta. Joan. Petr. Surd. *conf. 10. numero 29.* Nec refert; Sin prosperè; sin minus prosperè rem familiarem gesserit. *per l. 1. C. de de his qui ven. ætat.* Joann. Baptist. Hodierna ad Surd. *decis. 68. num.* 2. Ita in terminis hujus limitationis scribit Angel. *conf. 63.* Alexander *conf.* 101. *lib. 1.* Præcitatus Surd. *decis. 268. num.* 1. *& 2.* Bocer *de Regal. cap. 2. num. 134.* Montan. *de jur. tutel. cap. 37. Regula 2. num 45.* Zyp. *de jur. Belg. tit. de tutor. in vers. Matrimonio.* Simon Grœneweg *de legib. in Holland. abrogat. ad l. 3. C. de his qui ven.* Qui hoc in Hollandia plerunque fieri solere, attestatur. Hæc assertio 2. ulterius declaratur, in Casu, quo minor ex indulgentia Major factus, Creditori venditori, Parentis consensu Fundum revendere & retrahere debet; Quo casu alienatio firma & integra manebit; secundum *l. 1. & ibi* Cujac *C. Quand. dec. opus non est* Jac. van der Groef. *de Regal. cap. 19. n. 2.* Georg. Schulz *de Feud c 6. n. 80.* quem præter alios allegat, & sequitur Joh Brunnem. *Comment. in Cod. leg. eos 3. in fin. De his qui veniam. ætat. impetrar.*

VI. Ve-

VI. Veniæ etiam *ætatis effectus* circa administrationem Bonorum ex diversimoda concessione diversus quoque existit. Nam, 1. Quandoque cum veniæ ætatis concessione, etiam administratio permittitur, ac ita indulgetur, ut Minor in omnibus & per omnia sine exceptione pro majore haberi debeat; Nam tunc veniæ ætatis concessio, eundem effectum habet, quē statutum tribuit, dum Adolescentem ætate Minorem, Majorem esse habilitat. Dn. & Amicus David Mævius *ad jus Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 7. num.* Sicuti in Sicilia ex Constitutione Regis Friderici, Duodecimo ętatis anno liberum cuivis permittitur suis de rebus arbitrium, seu moventibus seu prædiarijs, omni præcisa spe rescindendi contractus ex Prætorio edicto. Neapol. Constit *tit de Restitut. min.* In verbis: *Decimo octavo ætatis anno completo, ipsos tam in Contractibus quàm in judicijs & in omnibus perfectæ ætatis volumus reputari, lib. 2. tit. 42.* Choppin. *de morib. Paris. lib. 2. tit. 3. n. 7.* Imò etiam majorem effectum suscipit, præsertim si Princeps, clausulâ salutari, ex certa scientia vel quoad alienationem, aut quâ simili usus sit; Eo casu rescriptum veniæ datæ tantum valet, quantum lex, ac idem efficit, ac si lege alienatio concessa fuisset. Carol. Ruin. *cons. 126 num. 2. & 5. vol. 5.* quem sequitur Ernest. Cothman. *respons. 44. n. 33 vol. 1.* Menoch. *cons. 478. n. 48.* Matth. Stephan. *de Iurisd. lib. 2. part. 1. cap 1. membr. 2. num. 139.* Johann. Brunnem. *Comment. in Codic. leg. si quis. 4. De his qui ven. ætat. impetrar.* Huc faciunt ea quæ haber. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 488. num. 4. & seqq.* 2, Aliquando Minor à Principe tantum ad certum actum, obligationis aut alienationis veniam impetrat: & pro isto saltem, non ultrà perfectæ ætatis fuisse, censetur. *per l. 2. ubi* Br. & Salycet. *Cod. quand. decr. opus non est. & arg. traditorum* à Vasq. *de success. Creat. tit. de*

 *testit.*

*testatoris potentia*, §. *10. num.* 78 Roland. à Valle *conf. 54. numero* 12. *& seq. lib.* 2. Octav. Simoncell. *de decret. min. lib.* 1. *tit.* 1. *inspect.* 3. *num.* 88. Ita Menoch. *consil.* 478. *n.* 49. ac Dn. & Amicus meus David Mævius *dict. lib. 1. tit. 2. art. 7. num.* 26. Plerumque autem 3 venia ætatis simpliciter conceditur, ut quis proprijs bonis & negotijs præesse possit, & sic minor ad omnia habilis existit, exceptis ijs quæ sunt magni præjudicij & ponderis, ubi decreto opus est, *juxta l. eos* 3. *Cod. de his qui ven. ætat.* Cothman. *consil.* 44. *numero* 28. *lib.* 1. Dn. David Mæv. *dict. articul.* 7. *numero* 24. Quia cum alienatio sit gravis prejudicij, lex præsumit eam non fuisse eo rescripto concessam, ex quo in simplici sermone non comprehenduntur ea, quæ sunt notatu digna, *l. item apud Labeonem §. hoc edictum D. de injur.* Afflict. *decis.* 220. *n.* 16. Ita Cornæ. *cons.* 108. *num.* 8. *in fin. lib.* 3. clarè & explicitè Menoch. *cons.* 478. *num.* 46. Et hoc longè majus est, quàm secunda concessio ætatis veniæ, quo in casu intelligo Cornæ. *cons.* 108. *num.* 8. *vol.* 3. Cagnol. *ad l. Imperium.* 181. *D. de Idict.* quos sequitur Cothmann. *respons.* 44. *n.* 17. *vol.* 1. Matth. Steph. *de jurisd. dict. cap.* 1. *membr.* 2. *num.* 138. Quandoque 4. ætatis veniam Impetranti, datur facultas alienandi bona stabilia seu immobila, solummodo pro subveniendis suis necessitatibus; Quo casu Major ex indulgentiâ ætatis, non potest quidpiam alienare, vendere aut hypothecæ dare pro necessitatibus Proximi Agnati, aut planè Extranei. Quoniam in prohibitis à jure, uno permisso, alterum non censetur permissum, quia in uno semper remanet prohibitio, Ex Regula *l. si pupillorum. §. si prætor. l. magis puto §. item prætor. D. de reb. eor.* Quod firmat Andreas de Isernia *in cap. Imperialem num.* 15. *de prohib. feud. alien. per* Frider. *ubi* Afflictus & Alvorat. Curt. *de feud. part.* 4. *n.* 141.

Frec-

Freccia *de subfeud. lib. 2. quæst. 9* Joann. Petr. Surd. *decis. 254. num. 5.* Hinc in alienationis prohibitione, licentia & permissio vendendi, ad pignoris dationem sese non extendit. Andr. de Isernia *in dict cap. imperialem, num. 5. in fin. latè* Doctor Marta *cons. 75. num. & seq.* Alios casus refert. Horat. Carpan. *ad Statuta Mediol. cap. 452. numero 36. & seqq.*

VII. Dubium autem hic occurrit ad Exemplum ejus, qui ætatis veniam Rescripto impetravit, prout illa bona immobilia alienare non potest. *An idem quoq; dicendum sit de eo, qui vigore statuti breviori tempore à Curatela liberatur, & pro majore habetur?* Verbi gratiâ; Florentiæ Major 18. annis pro adulto & bonorum administratione capaci censetur; An exindè non æquè ad alienationem bonorum habilitatus censeatur? Et hoc communiter Doctores *Negant*, Tum quoniam statutum ita interpretandum est, ut quàm minimum jus commune lædat, sed magis cum eo consentiat, Castrens. *cons* 171. *Dec. cons. 39. numero 3.* benè Roland. à Valle *cons. 7. num.* 17. *vol. 3.* Socin. Jur. *cons. 59. num. 56. ac consil. 63. num. 50. lib. 3.* post plur. benè Joan. Saison. loquens de Nobilibus *ad consuet. Turonens. tit. 3. art. 1. vers. Iusques.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. num.* 42. Sforz. Oddus. *de restit. quæst. 15. art. 9. num. 77.* D. Marta Neapol. *part. 4. Summæ totius Successionis legalis quæst. 9. art. 4. n. 3.* ubi inter alios refert. Honded. qui probat communem *in cons.* 1. *num. 33. vol. 1.* Ita in terminis statuti Mediolanensis tradit Horat. Carpan. *dict. cap.* 452 *n. 28.* Tum quoque ex hac ratione, quod habilitatus ex statuto ad Majorennitatem, æquiparetur ei, qui ex indulgentia pro majore censetur. Quod pro & contra disputando deducit latius Octav. Simoncell. *de decret. Minor. libr. 3. tit. 8. inspect. 3. n. 24. & seqq.* Philipp. Paschal. *d. pat. potest. part. 2.*

*cap. I. n. 105.* Quod suprema judicia decidendo observant, tradente Don Garsia. Mastrill. *decis. 13. n. 28.* Dissentit. Castrens. *ad l. omnes. numero 9. Cod. de his qui ven. atat impet.* Cornæ *consil. 108. per tot.* latè Menoch. *consil. 478. num. 50. & 54* qui tamen hoc variè limitat. Idem quoque per rationes contrarias tradit Stephan Gratian. *discept. forens. cap. 488. num. 4. & seqq.*

VIII. Et hæc sententia eatenus *Declaratur,* nisi statutum Majori 18. vel 20. annorum rerum soli distrahendarum potestatem expressè tribuat; Quale statutũ in Ducatu Andegaviensi viget, testante Renat. Choppin. *de doman. Franc. lib. 3 titul. 19 n. 12.* Quæritur autem hoc in casu; *An Majori 20 annis alienanti bona immoblia, mediante judicis Decreto, detur restitutio in integrum, tanquam Minori 25. annis, si graviter se læsum esse judicanti adprobaverit?* Et huic nihilo secius dari restitutionem integri, censent Alexander. Castrens. & Jason. *in l. postquam liti. Cod. de pact.* Idem Jason *in l. 1. D de jurid.* Baldus in *auth. si Captivi. Cod. de Episc. & Cler.* Castrens. *ad l. ult. Cod. de his qui ven. atat.* Et hoc per hanc rationẽ; Quoniã *licet in l. eos qui. 3. C. de his qui ven. atat* nihil specialiter de restitutione dicatur; attamẽ hîc ea regula habetur, quod quoad alienationem Bonorũ cum decreto, omnes Minorennes similes sunt, sive impetraverint vel non impetraverint veniam ętatis; atq; ubi Decretũ requiritur in alienatione bonorum Minoris, si opponatur, & minor lędatur, ipse restituitur. Ideò quoad restitutionem debet procedere similitudo Ita Anton Gomez *Var. Resol. cap* 14. *n* 12 Consentit Simoncell. *de Decret. min. lib. 3 tit. 8 n 23. & seqq.* Sforzia Oddus *dict. quæst. 23. art. 11.* Barbosa *ad d. l. eos qui 3. n. 6 Cod. de his qui ven atat.* Horat. Carpan *ad statut. Mediol. cap. 452. n. 31* Quemadmodum prædicti alienatio viliori admodum pretio à Majore 20

an-

annis contracta, propter infirmum fragileque ætatis consilium Diplomate Regio 4. Kal. Quintilis Anno 1604. rescissum fuit, Ita decernente Lutetiano Senatu; Quod præjudicium refert, & alia insuper cumulat, Renat. Choppinus, *tract. de doman. Franciæ lib. 3 tit. 19. num. 12.* Modò is qui beneficium ætatis impetravit, graviusculè & enormiter læsus fuerit, sicuti hoc limitat Idem Choppin. *De morib. Paris. lib 2. tit. 3. num. 2.* Quamvis aliter sentiat Ruin. *consil. 126. num. 4 lib 5.* quem refert Menoch. *d. cons. 478. num 50.* Corne. *consil. 178. lit. G. num. 3.* Francisc. de Caldas. *ad l. Si Curator infra legitimum tempus. num. 22. C. de restitu.* Hęc quæstio *limitatur* in casu, quo Rescriptum veniale aut statutum habilitans minorem, in omnibus & per omnia vel indifferenter pro Majore declaret, eique liberam bonorum suorū administrationem admittat, Maximè confirmando contractum per Minorem non aliter ac si à Majore factum foret. Quo casu restitutio in integrum censetur sublata & exclusa Angel. & Contard. *in l. un. num. 4. D. si de moment. possess.* Nisi pateretur restitutio in integrum ex clausula illa generali: Si qua mihi alia justa causa videbitur. Contard *in d. l. unic. n 18.* Horat. Carpan *ad statut. Mediol. cap. 452. num. 36.* Qui alias quoque limitationes adducit *num. 37 38. & 39.*

IX. Claudat hanc materiam vulgata quæstio; *An minori pœnitenti, quod ætatem anticipatam impetraverit, contra ipsam veniæ ætatu impetrationem à Principe Imperii restitutio integri concedatur?* Ecquidem hæc restitutio quàm difficillimè conceditur? *Tum* primò, quoniam per impetrationem ætatis legitimæ, Minor factus est Major, cui restitutio non indulgetur *per l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Nullum enim negotium cum minore gestum est. Gæddeus *ad l. 21. D. de verb. signif. n 2. & 4.* *Tum 2.*

quòd

quòd ætatis venia indulgeri non soleat nisi prævià causæ cognitione super morum honestate, animi probitate & industriâ supplicantis. *per text. l. omnes* 2. ubi Br. Castrens, & Glossographi *C. de his qui ven. ætat.* ibique Joh. Brunnem. Petr. Rebuff. *de Regest. seu libr. Baptism. art.* 1. *gloss* 1. *num.* 23. *& seqq. in oper. tom.* 2. Dn. Bocerus *de Regal. cap.* 2. *num.* 133. Frustrà autem fieret inquisitio, si nihilominus minor foret restituendus, ne dignitas Principis gratiosæ concessionis revocatione pro ludibrio habeatur; Nec solet tàm facilè Princeps, contra suam sententiam agere vel eam revocare *per text. in l. minor.* 18. *D. de minorib. ubi* Anton. Fab. *in Rational.* *Veruntamen* si causa urgeat, & talis sit, quæ etiam majori restitutionem indulgeri Principem movere possit, nihil implicat, quo minus contra hanc ætatis veniæ impetrationem, Minor restitutionem implorare possit, eavè indulgere mereatur. *Tum* quod exinde nullius jus quæsitum lædatur, sed hoc ex merâ Principis gratiâ profluat. *arg. l. eos qui.* 3. *ibi à nostra clementia. Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* *Tum* etiam, quoniam sententia, quâ minor falsò major judicatus fuerit, minori nocere non possit. *l. fin. Cod. si minor. se major. dixer.* Ideò præmissa quoque inquisitio eidem nihil obesse poterit; Ita originaliter *Gloss. in l.* 1. *Cod. dict. tit de ven. ætat. ubi* Bart. Angel. & Fulgos. Duaren. *in comment. Cod. h. t.* Petr. Rebuff *tr. de Regest. art.* 1. *Gloss.* 1 *num.* 33. Maurit. *de restit. cap.* 226. Francisc. de Caldas. *de restit. in defin. verb. læsis. n.* 86. *& seqq.* quem sequitur quoque Hilliger. *in D. E. lib.* 21. *cap.* 12. *lit. Z. in not.* Anton Perez. *in Cod. de ætat. ven. n.* 2. Paul. Mont. *de tutela cap.* 37. *Reg.* 2. *num.* 38. August. Barbosa. *ad l.* 1. *n.* 7. *C. de his ven. ætat.* Quamvis dissentiat Joann Geddeus *ad l. Princeps.* 21. *D. de verb. signif. num.* 2. *&* 4. Aliter & quidem non restitutione, sed tantum renunciatione opus esse

esse censent Castrens.& Wesenbec. *in l. 1. Cod. de his qui ven. ætat.* Besold. *in delibat. lib. 1. fol. 79.* Cum quo transit aliquatenus Sforzia Oddus *de restit. in integr. part. 1. quæst. 23. art. 10. per tot.*

X. Quæ sententia *declaratur*, ut restitutio contra veniam ætatis non trahatur ad annullandos actus medio tempore gestos, ne contrahentes Principali authoritate circumscribantur. *arg. l. 1. Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* ibique Johann Brunnemann. *Commentar. in Codic.* Sed tantum futuris negotiis meta ponitur, Cum regulare sit, quod jura tantum futura negotia respiciant. *per text. in l. leges. 7. Cod. de legib.* Anton. Perez. *in Cod. de legib. n. 7.* Brunnemann *Comment. in Codic. l. 1. De his qui ven. ætat. impetr.* Ita tradunt hic Maurit *de restitut. in Integr. cap 226. num. 4.* Sforzia Oddus. *eod. tract. part. 1. quæst. 23. art. 10. num 46.* Treutl. *vol. 1. disput. 11. thes. 13. lit. D.* ubi Bacchov. *in not. ead lit.* D. Hilliger. in Donell. *enucl. lib. 21. cap. 12. lit. Z. in not.* Besold. *in delib. lib. 1. fol. 79.* quamvis aliter sentiat Francisc. de Chaldas. *de testit. in definit. verb. læsis. n. 86* Hoc finaliter in hac materia observandum est, quod quadriennij beneficium ad petendam restitutionem in integrum à legibus, quemadmodum in majoribus 25. annis currit à tempore Majorennitatis, i. e. à die completi anni quinti & vicesimi computatur. *per l. ult. Cod. de tempor. in integr. restit. l ult. C. de repud vel abstin. hæred.* Petr. Rebuff. *tractat. de restit. art. 2. gloss* 1. *num. 10.* Anton. Fab. *in Cod. tit. de tempor. in integr. restitut. defin. 1. numero 2.* Ita pariter ei, qui ætatis privilegium à Principe impetravit, quadriennium hoc à die impetratæ veniæ currere incipit, siquidem in repræsentato majore hoc in casu idem jus statui solet, quod in majore quintum & vicesimum an-

num adimpleto. Ita Cynus *in l. ult. in fin. Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* Castrens. *in l. omnes. 2. num 8. Cod eod. tit.* quos allegat. Cothmann. *conf. 44. n. 20. vol. 1.* Bornign. Cavalcan. *de tutor. sect. 3. sub num. 15.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 2. numero 142.* Paul. Montan. *d. cap. 37. Reg. 2. numero 41.* Besold. *in delibat. lib. 1. fol. 79. in fin.* Sforzia Oddus. *dict. tract. part. 1. Quæst. 23. art. 9. n. 37.* August. Barbosa, *ad l. 1. n. 4. C. de his qui ven. ætat.*

FINIS.



